


Damman





IOH. ANTONIDÆ VANDER LINDEN,

Doct. & Professoris Medicinæ Practicæ primi in Acad. quæ Lugduni Batavorum,

DE SCRIPTIS MEDICIS

LIBRI DVO.

Editio tertia & tertia auctior.



AMSTELREDAMI,
Apud IOANNEM BLAEV,
CIↃ IↃ CLXII.



AMPLISSIMO. VIRO.
DOMINO.

NICOLAO.
TVLPIO.

AMSTELREDAMENSIS. REIPVBLICÆ. TOTIVS. EVROPÆ. OCELLI. NVPER. CONSVLI. NVNC. CONSVLARI. PRVDENTISSIMO. SENATORI. PRIMO. ORPHOBOTÆ. SVMMO. ARCHIATRO. EXCELLENTISSIMO. ANATOMICO. QVONDAM. SPECTATISSIMO. VIRO. TOTO. ORBE. ET. MAXIMIS. MERITIS. CELEBERRIMO. DOMINO. ET. AMICO. HONORANDO. SANVM. CORPVS. SANAM. MENTEM. LONGAM. VITAM. BEATAM. MORTEM. POST. HÆC. FELICITATEM. ÆTERNAM. MEMORIAM. IMMORTALEM. EX. ANIMO. PRECATVR. ET. OPTAT.

IOH. ANTONIDES.
VANDER. LINDEN.

MPLISSIMME DOMINE,

Vna mihi Solis atque Scientiæ ratio videtur. Solem mundi, Scientiam hominis eſſe quaſi animam, credere decet opera utriuſque æſtimantes. Vterque lucem miniſtrat, aufertque tenebras: ille rebus, omnium oculis expoſitis: hæc omnibus in occulto poſitis. Vterque ignis quidam eſt, cuncta pervadens & vegetans. Sole remoto, torpet terræ facies: præſente, viget viretque: & quid non, illo fecundante, noſtris Natura commodis velut mater alma profert & alit? Scientia ſi abeſt, ignavum pecus homo, & inutile ſibi, æque ut aliis eſt. Eadem proba, plena, liberalis, uſibuſque humanis bene apta, quæ non coacta promit, quæ non ſponte fundit? quam & bona fide ſui alios facit participes? Teſtantur id tanto nume-

numero ſcriptores, quos liber iſte, & in noſtra dumtaxat diſciplina exhibet. Quorum copia quiſquis impediri potius, quam promoveri Scientiæ medicæ adeptionem ſplendoremque putat, is neſcire primum mihi ejus naturam videtur, tum & damnare factum optimum. Quemadmodum Sol oriens cujuſque hemiſphærii primum crepidines creperaque luce, mox certa irradiat, inde plena ac totum illuſtrat & implet, quoque ſurgit altius, tanto quævis reddit evidentiora: ita Scientiarum parva initia, incrementa majora majoraque, faſtigia admiranda ſunt. Ad quæ ſicuti per gradus aſcenditur, ita & aliis atque aliis ætatibus ac ſeculis pervenitur. Orto primum Sole quantum ubique umbrarum eſt? Non paucioribus Scientiæ, cum inveniuntur, cum diſcuntur, vel dubitationibus circumſeptæ ſunt, vel ignorantiis involutæ. Quas ſicuti

continens ſtudium & indefeſſus cujuſque in diſcendo, ita in conſtituendo multorum labor & conſpiratio paulatim ſuperant. Quapropter ſapiens Majorum atque utile inſtitutum, & omni laude digniſſimum eſt, per commentariorum relationes cogitatione inventa, uſu reperta, aut quomodocumque aliter cognita ad poſteros tranſmittendi. Ita enim & ab interitu vindicantur, & ſingulis ætatibus creſcentia voluminibus edita, gradatim perveniunt vetuſtatibus ad ſummam doctrinarum ſubtilitatem atque utilitatem. Non eſt unius ſeculi, nedum hominis, quidquid Artes præclari atque utile ſunt conſecutæ. Intererat mortalium agendi neceſſitatem habere, quo & corpus labore firmari, & animus curari meditando poſſet. Conceſſit illam Deus, & ſuam cuique Spartam attribuit. Qui ornare negligunt, ſervi ſunt infideles, & erit

mer-

merces eorum cum hypocritis. At qui ſatagunt ornare, his & largitur Dominus, quo ornent, & dat ſcire, quæ neſcivere alii. Scilicet, ut ipſi quidem habeant officii bene præſtiti teſtimonium: ceteri vero intelligant, quantas talium induſtriæ atque diligentiæ gratias debeant. Hæc, niſi fallor, ratio eſt, cur ſapientiſſimus & prudentiſſimus Vniverſi paterfamilias alia atque alia diverſis temporibus hominibuſque dona diſpenſet. In unum omnia ut conferat, non impoſſibile ipſi, ſed inconſultum. In uno aliquo, eoque ſæpe modico, quotusquiſque non ſuperbit? Rarus eſt, qui paucis acceptis non præ ſe contemnit etiam ſe longe cumulatiores, ſimul & modeſtiores. Sane expedit homini & ſuam inopiam noſſe & copiam alterius. Illam, ut ſe primum diſcat non efferre ſupra id, quod humanum eſt: dein ſuppleri eam ſibi poſtulet à Deo & proximo. Hunc vero egre-

 gie

gie instructum videre, caussa est, cur honoremus, cur amemus, imo colamus sæpe illum, quem alias ne ad calceamentorum quidem corrigias solvendum admitteremus. Atque utinam in dotibus aliorum videndis lyncei, in æstimandis æqui, in commendandis serii & sinceri essemus! Esset certe offendiculorum dissidiorumque & magnorum magnis ad plenam solidamque rerum notitiam progressibus impedimentorum minus. Porro, sicut invidi est, non communicare aliis bonum, quod accepisti: sic ingrati, non agnoscere communicatum. Ex ista sese culpa eximunt, qui silentio nihil prætermittunt, quod esse aliis ex usu potest: ex hac, qui talium quacumque ratione memoriam celebrant. Vitruvius ingenue: Cum tanta munera ab Scriptorum prudentia fuerint hominibus præparata, non solum arbitror palmas & coronas his tribui oportere, sed

ſed etiam decerni triumphos,& inter deorum ſedes eos dedicandos. Quem finem cum & meus iſte labor ac liber ſpectet, liquido, ut arbitror, paret, velle me magnifice cum de his mereri, quorum labore ſuas Medicina partas habet divitias,quibus tam abundanter affluit hodie: tum & de illis, qui admitti ad fructum earum in ſuum aliorumque commodum tam promto ſtudio quam fervido deſiderio annituntur. Hoc dudum ago, ut conſtet, quo quiſque beneficio publicum obligarit, neve ullius memoriam invidioſa obliteret vetuſtas. Hoc iterum ago, ut omnis poſteritas ſciat, quid vel repererint anteceſſores, vel recte ſecuti ſint, quo & juſtas cuique laudes retribuat, & ſimul invitetur, imo incitetur ad obſtetricandum laboranti Naturæ edere, quidquid præterea humanis neceſſitatibus utile in ſinu gerit. Inertis eſt, effœtam cre-

dere: ſocordis eſt, acquieſcere in veteribus & detritis. Edidit magna: majora parturit: promittit undiquaque maxima, modo nos noſtris non deſimus partibus. Multas habet Medicina partes, in totidem velut Spartas diremta. Nulla eſt, quam quis exornare non poſſit, ſi velit. Debet autem velle, quiſquis in ſe recepit aliquam, ſiquidem defoſſi olim talenti reus nolit agi. Non facio mei in præſentia inſtituti, magnum Deſideratorum in Arte catalogum texere: neque patiuntur negotia, quæ publice privatimque ſuſtines, ut longiore ſermone morer tua tempora. Ideo nec repeto, quæ me cauſſæ impulerint, ut ante hos undecim annos inſcriberem ampliſſimo tuo, & toto orbe celebratiſſimo nomini librum, quem utique ſcio longe infra dignitatem & benevolentiam in me tuam eſſe. Poſteaquam vero ſemel ille factus eſt

tuus,

tuus, non tam mea destinatione, quam tua acceptione, quid mirum, si fiduciam sibi sumit secundum te adeundi, & obnixe rogandi, ut æstimare velis munusculum hoc, non ex merito tuo, non ex pretio suo, nedum consuetudine inscribentium libris suis, tamquam industriæ liberis, magna & præclara atque munifica Nomina: sed offerentis animo, imo tuo? Nam uti ego tuum faventem mihi semper sum expertus: ita meum tibi obsequentem numquam non habuisti, & habebis, usque dum mortalibus nos interesse volet ILLE, in quo vivimus, & movemur, & sumus. Vive, vale, Amplissime Domine, & me amare perge, ut ego perennare in tuo obsequio pergam. Dabam Lugduni Batavorum, Kal. Septembribus anni post Salvatorem natum CIↃ IↃ C LXII.

LEC-

LECTORI BENEVOLO

SALVTEM ET OFFICIA.



EQVE *novi exempli liber iste, neque pœnitendi laboris, aut fructus contemnendi est. Exemplo fuere nobis (ut veteres taceam, & πολυγράφον Gesnerum, & qui præterea per omne genus Scriptorum sese è recentioribus diffuderunt) Iohannes Georgius Schenckius, Israel Spachius, & Paschalis Gallus. Nam hi fere soli meruere, quidquid hinc in re medica laudis. Cujus præconem velle me, non prædonem esse, testatus sum hoc ipso olim opere, & iterum iterumque testor. Quod cum è paterna primum bibliotheca privatim mihi conscriberem, animadverteremque in quantum numerum excrevissent Auctores, quorum monumenta nec viderant illi, nec vidisse poterant, cœpi consilium eamdem his conciliandi lucem, quam prioribus alii. Quo autem majore id cum fructu efficerem, non putavi satis referre, quid quisque in medicina ediderit, ubi, apud quem, quando, qua forma: sed expedire studiis promovendis, quam singuli materiam aut plures tractaverint, ostendi. Feci igitur altero libro. In quo præmitto, quæ ad Medicinam ac Medicum in genere: mox*

mox quæ ad singulas partes: theoretica semper primum, inde practica, ut usus est vocare & distinguere. Est tamen, ubi altera in alteris requiras. Videtur id molestiæ nonnihil habere, & potui vitare titulorum repetitione. Sed quid opus? cum è præcedente libro & librorum ibi inscriptionibus expedire se possit, quisquis in hoc hæret. Illius ordinem abecedarium feci & plusquam obvium, ne vel tirones hæreant. Quibus cum sæpe prænomina sint incognita, ne & heic ipsis mora fiat, subjunxi illius è cognomine indicem. Hæc forma operis. Cujus quam me pœnitere non debeat, videtur exemplarium, sat bono numero prima, iterumque, & majore, secunda vice editorum, distractio testari. Ea certe Typographum movit, ut, quamvis Reipublicæ cura, Senatu, Scabinatu, alia occupatissimus, noluerit tamen studio suo erga rem literariam deesse, neque quem carere libro communi velut applausu totiens approbato. Ego vero, posteaquam vidi laborem meum publico gratum, debui neque ingratus erga alios, neque in memetipsum injurius esse. Hic futurus eram, si vivus alteri facerem curam augendi & supplendi hoc opus. Ille, si non pari promptitudine ac propensione orbi successorum merita, exponerem qua superiorum jam proposuissem. Quo animo cum sim, non possum non ægre habere, etiam hac editione, non paucos prætermitti, quos inseri vel nunc oportuit. Quamvis enim haud parvam continuo diligentiam adhibuerim, nequivi tamen omnium, quos desideravi,

titulos

titulos nancisci, etiam in amplissimam urbem & celeberrimam Academiam interque medios atque instructissimos bibliopolas translatus. Qua in re non parum me mea spes fefellit. Neque tamen refert caussas referre. quas aut scire puto, aut ex facili posse, quotquot frequentare illos solent. Quamobrem denuo rogo viros omnes doctos, & quos amplificandæ rei medicæ tenet amor, ut haut gravate velint suo me auxilio & publica commoda adjuvare, ac significare, quaqua ratione, si quid, quod ad Artem nostram pertineat, mihi quidem, sed dolenti præteritum, noverint in lucem exivisse. Secundam editionem quam luculentis tunc catalogis, & quidem suapte sponte ad me transmissis auctum iverint Viri clarissimi, D. Claudius Doresmieux, Insulis; D. Robertus Farvacius, Bruxellis; D. Petrus Neurat, Matriti; D. Nicolaus de Witte, Rigæ Livonorum medicinam quisque summa cum laude factitantes, ibi exposui, animique grati significationem edidi, certe edere omnino volui. Quod exemplum si vel unus quispiam fuisset in quaque natione imitatus, jam non modo, quod olim volui ac vovi, fuisset hoc

πλεόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον,

sed absolutum, adeoque omnium bene de Arte medicina meritorum memoria atque laude instructissimum, omnibusque suis numeris tantum non perfectum. Interea etiam hæc editio non destituitur, quibus

acceptum

acceptum cum ſupplementa tum adjumenta referat quam maxima. Et ſupplementa quidem habet ab excellentiſſimo D. Guidone Patino, Doctore medico Pariſienſi ac Profeſſore Regio, viro, ſupra quam aut dici queat aut quis niſi experiens credat, nato ad fovendum bonos & artes bonas, ac mihi præter modum & meritum amico. Habet itidem ab celeberrimo viro, D. Iohanne van Horne, Medicinæ Doctore & Anatomes ac Chirurgices Profeſſore eximio, collega conjunctiſſimo. Habet ab eruditiſſimo D. Carolo Offredo, Doctore medico Patavino. Habet denique ab experientiſſimo D. Gabriele Claudero, Doctore medico Altdorphienſi. Adjumenta vero ab præſtantiſſimis Medicinæ myſtis D. Theodoro Colbio, Regiomontano, & D. Conrado van Hoeven, Bremenſi. Quibus omnibus pro ſuo ſtudio atque labore, quo opus hoc tam liberaliter locupletare atque exornare ſunt dignati, plurimum debere & nos profitemur, & quotquot uſui hic liber erit. Hoc habebam Lector amice. Vale, mihique fave, qui faveo omnibus, meque bonis & animitus voveo commendoque cunctis. Dixi.

V. CL.

D. IOH. ANTONIDÆ VANDER LINDEN,

collegæ conjunctiſſimo,

Catalogum Scriptorum Medicorum tertium edenti.

QVI memorat cedro dignos laudatque labores,
Queis inſudavit turba Machaonidum;
Non te, grex ſtudioſe, gravat: ſed putria pellit
Ocia, & ad curſum ſuſcitat ingenium.
Sed Cœli munus memorat, mortalibus ægris
Impenſum varia fertilitate bonum.
Quod dedit & populis, quibus eſt audire negatum
Magni animos ſanans Numinis alloquium;
Quo velut in tenebris morti morbiſque medenti
Tacta levi radio mens inhiaret opi.
At poſtquam Cœlo lapſus caput exſeruit Sol,
Qui morbos ſuccis indomitos radiis
Amovet, & Stygia tergit caligine mentem:
Et carnis tollens quæ mala carne tulit.
Tum vero ingentem ſeſe ars diffudit in orbem,
Et magnis apicem greſſibus expetiit.
Quod niſi vexiſſet feralis Beſtia noctem,
Et peteret morbos effera luxuries;
Iampridem ſummo victrix ars ſancta niteret
Culmine, quæ miſeris indoluiſſe docet.

Gratulabundus fudit

J. COCCEJVS.

IOH. ANTONIDÆ VANDER LINDEN DE

SCRIPTIS MEDICIS,

LIBER PRIMVS.

BEL ROSCIUS

De Morsu Canis rabidi Epistola, extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Centuria I. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1606, in 8, pag. 241. Francofurti, apud Ioan. Beyerum, 1646, in fol.

De Hydrope potus abstinentia curato, Observatio. Extat cum ejusdem Observat. Cent. IV. Oppenheimi, apud Ioa. Theod. de Bry, 1619, in 4, pag. 95. Francof. apud Ioan. Beyerum, 1646, in fol.

ABHENGNEFIT, *seu* ALBENGNEFIT

De Virtutibus Medicinarum, & Ciborum. Extat cum Mesues operibus; & Tacuinis Elluchasem Elimithar. Hunc Gerardus Cremonensis ex Arabica lingua in Latinam vertit.

De Balneis, sermo in appropinquatione medicinæ ex corpore. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 429, facie aversa.

ABHOMERON ABEN ZOAR, *Vetustus Arabs. Vixit A. C.* 1130. *Iustus in Chronol. Medic.*

Liber Theisir dahalmodana vahaltabir: cujus est interpretatio, Rectificatio medicationis & regiminis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1496, in fol. Iterum apud Gregorium de Gregoriis, 1514, in fol. Rursus, additis Antidotario ejusdem, & Averrhois Colliget, Lugduni, 1531, in 8.

Excerpta de Balneis, extant Operis Veneti de Balneis pag. 434.

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febribus pag. 106.

ABOHALY ABEN ZOAR, *Arabs*

De regimine Sanitatis liber, editus à Ioanne Georgio Schenckio. Basileæ, apud Ludov. König, 1618, in 12.

ABRAHAMUS ABEN EZRA, *Hispanus*

De Luminaribus, & Diebus criticis liber. Lugduni, apud Ioa. Trechsel, 1496, in 4. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1614, in 12. utrobique cum Ioa. Ganiveti Amico Medicorum. Romæ, apud fratres de Nicolinis, 1544, in 4. & Lugduni, 1550, in 8. cum Michaëlis Angeli Blondi de Diebus criticis libello, ejusdemque recognitione.

ABRAHAMUS BZOVIUS, *Polonus*

Nomenclator Sanctorum professione Medicorum, anniversariam

quorum festivitatem universalis celebrat Ecclesia ad antiquitatis memoriam elaboratum. Romæ, apud Petrum Discipulum, 1612, in fol. patenti, & in 12.

ABRAHAMVS DREYERVS, *Bremensis*

De Scorbuto Disputatio. Extat Decade VI. Disputationum quas collegit & edidit Basileæ Ioan. Iac. Genathius, 1622, in 4.

ABRAHAMVS NEHEMIA, *Lusitanus*

Methodi medendi universalis per sanguinis missionem, & purgationem, libri duo. Quorum altero agitur de Tempore purgandi, & Ordine medendi. Accessit de Tempore aquæ frigidæ in febribus ardentibus ad satietatem exhibendæ, lib. unus. Venetiis, apud Bernh. Basam, 1591, in 4. apud Societatem Venetam, 1604, in 4. apud Ioa. Bapt. Ciottum, 1604, in 4.

ABRAHAMVS è PORTA LEONIS, *Mantuanus*

De Auro Dialogi tres: in quibus non solum de Auri in re Medica facultate, verum de specifica ejus, & cæterarum rerum forma, ac duplici potestate, quâ mixtis in omnibus illa operatur, copiose disputatur. Venetiis, apud Io. Bapt. à Porta, 1514, in 4.

ABRAHAMVS SCHOPFFIVS, *VVirtembergensis*

ΚΑΘΟΛΟΥ omnium præsidiorum medicorum Vniversalium & Topicorum Disquisitio, qua quorundam Practicorum in administratione & usu eorundem errores deteguntur, legitima utendi ratio docetur. Basileæ, apud Hier. Gemusæum, 1565, in 8.

ABRAHAMVS SEYLLERVS, *VVratislaviensis*

Consilia & Epistolæ Medicæ extant eo in opere quod edidit Laurentius Scholzius, Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1548, in fol. Hanoviæ, 1610, in fol.

ABSYRTVS, *Prusaensis, Floruit circa A. C.* 330. *Renatus Moreau de V. S. in Pleur.*

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ scriptores, qui editi sunt, Græcè quidem Basileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4: Latinè autem ex interpretatione Ioa. Ruellii Suessionensis, Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in 8.

De Re rustica fragmenta aliquot extant cum Γεωπονικῶν, sive de Re rustica selectorum libris xx. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis. Ioa. Alex. Brassicani opera in lucem editis, Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete, ibidem, apud Frobenium, 1538, in 8.

ABVBETER RHAZES, *Mahomethus, Pœnus, Vixit annos* 120. *Anno* 30 *mederi incepit.* 40 *annis Empiricus fuit.* 40 *Rationalis. Floruit circa A. C.* 1070. *secundum Alios* 1085 *sub Henrico IV. Imperatore. VVolfg. Iustus in Chronol. Medic. Secundum Renat. Moreau vixit sub Almansore Rege Cordubensi A. C.* 966.

Opera exquisitiora, quibus nihil utilius ad actus practicos extat, omnia enim penitus quæ habet aut Hippocrates obscuriora, aut Galenus fusiora, fidelissime doctissimeque exponit, & in lucem profert. Per Gerardum Toletanum, Cremonensem: Andream Vesalium, Bruxellensem: Albanum Torinum, Vitoduramum, latinitate donata, ac jam primum quam

quam castigatissime ad vetustum codicem summo studio collata, & restaurata, sic ut à Medicinæ Candidatis intelligi possint. Basileæ, apud Henr. Petri, 1544, in fol.

Librorum hoc opere contentorum Catalogus.

De Arte Medendi compendiosa introductio.
Ad Regem Mansorem lib. x.
Divisionum lib. 1.
De Antidotis in lib. divisionum lib. 1.
De Affectibus juncturarum lib. 1.
De morbis Infantium lib. 1.
Aphorismorum libri sex: puta,
Primus, de Prognosticis.
Secundus, de Experimentis, & Confidentiis.
Tertius, de Casibus, quæ ipsi Rhazæ acciderunt.
Quartus, de Diætis, Medicinis, & Cibariis.
Quintus, de Verbis Hippocratis.
Sextus, de Scientiis, & intellectibus, sine quibus rectus medicus esse non potest.
Antidotarius, in quo continentur compositiones plurium medicinarum, ad diversas dispositiones, & multorum oleorum.
De Præservatione ab ægritudine Lapidis lib. 1.
De Sectionibus, cauteriis, & ventosis lib. 1.
De Facultatibus partium Animalium lib. 1.

Opera parva Abubetri filii Zachariæ, filii Arasi, quæ in hoc parvo volumine continentur, sunt: Liber ad Almans. decem tractatus continens, cum nonnullis additionibus interlinearibus Gerardi Cremonensis. Tractatus de Ægritudinibus juncturarum. De Morbis puerorum. Aphorismorum libri sex. Parvum Antidotarium. Tractatus de præservatione ab ægritudine Capitis. Liber introductorius parvus in Medicinam. De Sectionibus, cauteriis, ac ventosis. Synonyma. Liber divisionum, cum novem capitulis in fine additis. Quibus operibus additus est Constantini Monachi Viaticus. Lugduni, apud Vincent. de Portonariis, 1510, in 8.

Opera aliquot Rasis jam ante impressa fuerunt Venetiis, apud Bonetum Locatellum, 1497, in fol. & apud Octav. Scotum, 1497, in fol. & apud Petrum de Leucho, 1508, in fol. cum aliis quibusdam R. Moysis & Damasceni, cumque Secretis gloriosissimi Hippocratis, Alexandri de Appellatis, & Zoari libris.

Continens Rasis ordinatus, & correctus per clariss. artium & Medicinæ Doctorem, Magistrum Hieronymum Surianum, nunc in Camaldulensi ordine Deo dicatum. Venetiis, apud Bonetum Locatellum, 1509: Brixiæ, 1486, utrobique 2 voll. in regali folio.

De Secretis, qui Aphorismorum appellatur. Bononiæ apud Platonem de Benedictis, 1489, in 4.

De Pestilentia libellus ex Syrorum lingua in Græcam translatus. Cum Iacobi Goupyli in eundem Castigationibus. Extat Græcè cum Alex. Tralliani lib. XII medicinalibus, Lutetiæ, apud Rob. Stephanum, 1548, in fol.

Rhazæ, cognomento Experimentatoris, de Pestilentia lib. Georgio Valla, Placentino interprete, extat cum Pselli de Victus ratione lib. II. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8. E græco in latinum sermonem versus per Nicolaum Macchellum Mutinensem, Venetiis, apud Andr. Arrivabenum, 1555, in 8.

De Viribus ciborum, & medicinarum simplicium, seorsim excusus est

eſt Argentorati, apud Vlricherum, 1531, in fol. Eſt autem tertius eorum librorum, qui ad Manſorem Regem ſunt ſcripti.

Excerpta quæ ad Aquas & Balnea pertinent, extant pag. 309. Operis Veneti de Balneis.

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febribus pag. 100.

ABVCHARE MVGAMET, *Arabs, Filius Zachariæ Rhazis,*

Helchavy, hoc eſt, Liber continens Artem medicinæ, & dicta prædeceſſorum in hac facultate commendatorum. Per Mag. Hieronymum Salium (ſive, de Saliis) Faventinum ab erroribus purgatus & ornatus. Venetiis, apud Bonetum Locatellum, 1506, in fol.

ACHATIVS MORBACHVS

Dialogus haud injucundus, in quo Philoſophus Medicaſtrum quendam ſuper erroribus in medendo commiſſis, coram Prætore accuſat. Extat cum Labyrintho medicorum errantium Theophraſti Paracelſi. Noribergæ, apud Valentin. Neuberum, 1553, in 4.

ACHILLES PIRMANDER GASSARVS, *Lindavienſis, Mathematicus & Medicus Velcuriæ, non procul à Lacu Podamico, clarus. Vixit A. C. 1530. VVolfg. Iuſtus, in Chronol. Medic.*

Aphoriſmorum Hippocratis methodus nova, primùm quinque lib. diſtincta. Conr. Geſneri, Tigurini vero opera illuſtrata. Huic accedunt præterea libelli de Re medica aliquot prius non editi. Omnia nunc primùm opera & ſtudio Caſparis Wolffii, Tigurini in lucem data. Sangalli, 1584, in 8.

Epiſtola Medica ad Conr. Geſnerum extat inter hujuſdem Epiſtolas, pag. 43, edit. Tigurini, apud Froſchoverum, 1577, in 4.

ACHMETES F. SEIRIM

Oneirocritica nunc primum græcè in lucem edita ex Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi. Lutetiæ, apud Marcum Orry, 1603, in 4. cum Artemidori Oneirocriticis.

ACTIVS PHILIPPVS PELLINIGERVS, *Trojanus*

Contradictiones Avicennæ. Venetiis, apud Io. Andr. Valvaſſorium, 1522, in 8.

ACTVARIVS IOANNES, *filius Zachariæ, Medicus græcus clariſſimus. Qui vir autem & cujas fuerit nunquam ſe inveniſſe ſcribit Ambroſius Leo. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic. Vixit circa A. C. 1100. Iuſtus in Chronol. Medic. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Opera. Pariſiis, apud Morellum, in 8. Lugduni, apud Io. Tornæſium, 1556, in 8, tribus tomis. Lutetiæ, apud Henric. Stephanum, 1567, in fol. inter Medicæ Artis Principes.

Continentur autem his Operibus:

De Actionibus, & Spiritus animalis affectibus, ejuſdemque nutritione, lib. II.

De Vrinis lib. VII.

Methodi Medendi lib. VI.

De Medicamentorum compoſitione lib. I.

Seorſim extant:

De Actionibus, & affectibus Spiritus animalis, ejuſque victu lib. II. nunc primùm in lucem prodierunt, Iacobi Goupyli beneficio, Græcè. Pariſiis, apud Martinum Iuvenem, 1557, in 8.

De

De Vrinis libri septem, Ambrosio Leone, Nolano interprete. Venetiis, apud Laurent. Vitalem, 1519, in 4. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8. Iacobus Goupylus hanc Nolani interpretationem ad Græcorum exemplarium fidem recognovit, adnotationibus, & Scholiis illustravit. Parisiis, apud Ioannem Roygni, 1548, in 8.

Methodi Medendi libri sex. Quibus omnia, quæ ad Medicinam factitandam pertinent, ferè complectitur. Corn. Henricus Mathisius, Brugensis nunc primùm vertit. Venetiis, 1554, in 4. Accessit

De Victus ratione in Spiritu animali libri duo, Iulio Alexandrino interprete. De Puerorum educatione liber, versibus, eodem auctore. Venetiis, apud Petr. de Nicolonis de Sabio, 1567, in 8.

De Medicamentorum compositione, Ioa. Ruellio interpr. Parisiis, apud Conrad. Neobarium, 1539, in 12. Basileæ, apud Bogardum, 1546, in 8. apud Rob. Winter, 1540, in 8. Huic adjecta in Medicinæ Candidatorum gratiam succidaneorum medicamentorum tabula, quorum usus habetur reciprocus, Græcè, & Latinè, per Conr. Gesnerum, Tigurinum.

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febr. pag. 176.

ADAMANTIVS SOPHISTA

Physiognomonicorum, id est, De naturæ indiciis cognoscendis, lib. duo. Græcè opera *Camilli Perusci* editi sunt Romæ, 1545, in 4. Cum Æliani Variæ historiæ lib. XIV, aliisque. Latinè autem, interprete *Iano Cornario*, Basileæ, apud Rob. Winter, 1544, in 8. adjecto etiam exemplari Græco.

Fragmenta aliquot medica extant apud Aëtium: scilicet, Cura dentium à calido morbo doloroso affectorum. Tetrab. II, Serm. 4. cap. 27. Cura dentium à siccitate affectorum. Ibid. cap. 31.

ADAMVS BOGARDVS

De Arthritide Consilia quædam extant in eo opere, quod *Henricus Garetius* edidit Francof. apud Ioan. Wechelum, 1592, in 8.

ADAMVS LANDAVVS, *Ingolstadiensis*

Orationes duæ: I, de Athletica valetudine. II, de Corruptionis artium causa, & Antithesi veteris, & novæ Medicinæ. Extant tomo I Orationum Ingolstadiensium, in 8.

Laurentii Grylli lib. II. de Sapore dulci & amaro edidit.

ADAMVS LONICERVS, *Marpurgensis, vixit A. C.* 1550. *Iustus in Chronol. Medic.*

Historiæ naturalis Opus novum. In quo tractatur de Arborum, Fruticum, Herbarum, Animantiumque terrestrium, volatilium, & aquatilium: Item Gemmarum, Metallorum, succorumque concretorum, adeoque de vera cognitione, delectu, & usu omnium simplicium medicamentorum, quorum & Medicis, & Officinis usus esse debet. Vna cum eorumdem ad vivum effigiatis Imaginibus. Accesserunt quædam de stillatitiorum liquorum ratione, ejus artis, & Instrumentorum usu, atque de peculiaribus medicamentorum simplicium facultatibus. Francofurti, apud Christ. Egenolphum, 1551, in fol.

Naturalis historiæ tomus II. De Plantarum, earumque potissimum, quæ locis nostris rariores sunt, descriptione, natura, & viribus. Accessit Onomasticon, continens varias Plantarum nomenclaturas, utpote Græcas, Latinas, Italicas, Gallicas, Germanicas: Vocumque, quarum in Plan-

Plantarum descriptionibus frequens est usus, explicationem. Francofurti, apud Egenolphum, 1555, in fol.

Methodus rei herbariæ & Animadversiones in Galenum & Avicennam. Francof. 1640, in 4.

Foresii Commentaria in Aphorismos Hippocratis edidit.

Omnium corporis humani affectuum explicatio methodica: in qua mira brevitate singulorum morborum causæ, &c. traduntur. Publicante Teucro Annæo Privato, Francofurti, apud Palthenium, 1594, in 8.

De Purgationibus libri III. Ex Hippocrate, Galeno, Aëtio & Mesue depromti. Foras dati per Teuc. Annæum Privatum, Francof. apud Petrum Fischerum, 1596, in 8.

ADAMUS TENNERUS, *Oenipontanus*

Dissertatio Peripatetico-theologica de Cœlis. In qua de Cœlorum ortu, interitu, substantia, accidentibus, novis phænomenis ac numero differitur. Ingolstadii, apud Greg. Henlin, 1621, in 4.

ADAMUS WEINSENERUS,

Præcognita majoris & minoris Mundi. Item Secreta naturalia. in 12.

ADAMUS ZALUZANIUS, *à Zaluzaniis*

Animadversionum medicarum in Galenum & Avicennam libri VII. quibus singulæ medicinæ partes, ad totius artis logicæ normam rediguntur. Item Synopsis legitimæ institutionis medicinæ in extremis indicis nomine posita. Francofurti, apud Palthenium, 1604, in 8.

ADOLPHUS OCCO, III, *Physicus Augustanus, utraque lingua eruditissimus. Rodolphi Agricolæ Discipulus, qui primus Græcam Linguam Germaniæ invexit. Floruit A. C. 1538. Iustus in Chronol. Medic.*

Pharmacopœa, seu Medicamentarium pro Rep. Augustana. Augustæ Vind. 1574, in fol. apud Valent. Schœnigium, 1597, in 4. longiori. apud Georg. Willerum, 1580, in 12. Iussu vero & auctoritate Amplissimi Senatus à Collegio Medico rursus recognita, ac elaboratior, & auctior, sextum in lucem emissa. Ibidem, apud Christ. Mangum, 1613, in fol. Ibidem septimum, 1622, in fol. Iterum 1640, in fol. & Mantissa Hippocratica & Hermetica locupletatum.

Epistola Græca ad Conr. Gesnerum, de Oxymeli helleborato, aliisque ad rem medicam spectantibus, extat lib. II. Epist. ejusdem Gesneri, pag. 58. versa, in 4.

Epistola Medica extat eo in opere, quod Laurentius Scholzius edidit Francofurti apud And. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 18. Hanoviæ, 1610, in fol.

ADOLPHUS VORSTIUS, *Delpho-Batavus*

Catalogus Plantarum horti Academici Lugduno-Batavi. Accedit Index Plantarum indigenarum, quæ prope Lugdunum in Batavis nascuntur. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1643, in 24.

Recognitio Versionis Ioan. Opsopæi Aphorismorum Hippocratis. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1628, in 32.

ADRIANUS ALEMANUS, *Sorceensis*

Hippocratis Medicorum omnium Principis, de Aëre, Aquis, & Locis, Liber olim mancus, nunc integer: qui Galeno, de habitationibus, & aquis, & temporibus, & regionibus inscribitur, commentariis quatuor illu-

illustratus. Parisiis, apud Ægidium Gorbinum, 1557, in 8.

Hippocratis Medicorum omnium Principis, de Flatibus Liber, commentariis illustratus. Parisiis, apud Martinum Iuvenem, 1557, in 8.

ADRIANVS IVNIVS, *Hornanus, Parisiensis Medicinæ Interpres peritissimus. Vixit A. C. 1541. Iustus in Chronol. Medic.*

Phalli ex fungorum genere in Hollandiæ sabuletis passim crescentis descriptio, & ad vivum expressa figura. Delphis, apud Herm. Schinckelium, 1564, in 4. Lugd. Batavor. apud Christ. Guyotium, 1601, in 4.

De Coma Commentarius. Extat cum ejusdem Animadversorum libris sex: qui sunt omnigenæ lectionis thesaurus, in quibus infiniti pæne autorum loci corriguntur, & declarantur. Basileæ, apud Isingrinium, 1556, in 8.

Nomenclator omnium rerum propria nomina septem diversis linguis explicata indicans. Francof. apud Ioa. Saurium, 1596, in 8. Habet autem, qui medicæ rei illustrandæ sunt commodi, titulos triginta, ut ibidem videre est.

Theophylacti Symocatæ physicas quæstiones interpretatus est. Extant in Cassii Iatrosophistæ Quæstionibus naturalibus.

ADRIANVS SPIGELIVS, *Bruxellensis*

Opera, quæ extant, omnia. Ex recensione Ioh. Antonidæ vander Linden, Med. Doct. & Professoris in Academia Franekerana, cum Præfatione ejusdem. Amsterdami, apud Iohannem Blaeu, 1645, in reg. fol.

Continentur tomo primo,

Adriani Spigelii Bruxellensis, De fabrica humani corporis libri decẽ.
Iulii Casserii Placentini Tabulæ Anatomicæ, cum
Danielis Bucretii Vratislaviensis supplemento.
Adriani Spigelii, De formato fœtu, liber singularis.
Iulij Casserii Tabulæ de formato fœtu.
Gasparis Asellii Cremonensis De Lactibus sive Lacteis venis Dissertatio.
Guilielmi Harveji Angli, De motu cordis & sanguinis in Animalibus Exercitatio.
Iohannis Walæi Leidensis, Epistolæ duæ de motu Chyli & Sanguinis.

Tomo secundo,

Adriani Spigelii Bruxellensis
De Semitertiana lib. IV.
De Arthritide liber.
De Lumbrico lato liber.
Isagoges in Rem herbariam lib. II.
Antonii vander Linden, Nerdeni, De monstrosis vermibus, Observatio rara; pag. 92.

De Humani corporis fabrica libri decem, Tabulis XCIIX æri incisis elegantissimis, nec antehac visis exornati. Opus posthumum Daniel Bucretus, Vratislaviensis, jussu Authoris in lucem profert. Venetiis, apud Euangelistam Deuchinum, 1627, in reg. fol. Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4.

De Formato Fœtu liber singularis, æneis figuris exornatus. Epistolæ duæ Anatomicæ. Tractatus de Arthritide. Opera posthuma studio Liberalis Cremæ, Tarvisini, edita. Patavii, apud Io. Bapt. de Martinis, & Livium Pasquatum, 1626, in reg. fol. Francof. apud Matth. Merianum, 1631, in 4.

Catastrophe Anatomiæ publicæ, in celeberrimo Lycæo Patavino feliciter absolutæ fausta acclamatione Inclytæ Nationis Germanicæ excepta. Patavii, apud Martinum, 1624, in 4.

Isagoges in rem Herbariam Libri duo. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1608, in 4. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1634, in 16.

De Lumbrico lato Liber. Cum ejusdem Lumbrici icone, & notis. Accessit ejusdem Auctoris Epistola de incerto tempore Partus. Patavii, apud Laurentium Pasquatum, 1618, in 4.

De Semitertiana Libri quatuor. Accessit in fine Epistola ejusdem Argumenti. Francof. apud hæred. Io. Theodori de Bry, 1624, in 4.

De Lithotomia, sive Calculi vesicæ sectione Consultatio. Exstat cum Ioannis Beverovicii libro de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

ADRIANVS TOLL, *Lugduno-Batavus*

Cl. Galeni in Aphorismos Hippocratis commentaria: ex interpretatione Anutii Foesii, & Gulielmi Plantii, cum annotationibus ejusdem. Editio novissima. Lugd. Batav. apud Ioa. Maire, 1633, in 12.

Ioannis Stockeri Praxin auream, ad Humani corporis morbos omnes, tum internos, tum externos, recensuit, à mendis repurgavit, & commentariis ad obscuriora loca illustravit, opusque novum fecit. Lugd. Batav. apud Ioa. Maire, 1634, in 12.

Anselmi Boetii de Boodt, Gemmarum & Lapidum historiam recensuit, à mendis repurgavit, Commentariis, & pluribus, melioribusque Figuris illustravit, cum Indice locupletiore. Lugd. Batav. apud Ioa. Maire, 1636, in 8.

ADRIANVS TVRNEBVS

De vino libellus. Cum Procemio *Ioan. Case'ii* Helmæstadii, apud Iac. Lucium, 1605, in 4. Exstat quoque cum Operibus ejus.

Theophrasti Eresii Opera pleraque latine interpretatus est.

ADRIANVS ZIEGLERVS, *Tigurinus*

Pharmacopœa Spagyrica: continens selectissima remedia Chymica, desumpta ex Basilica Chymica Oswaldi Crollii; Pharmacopœa dogmatica restituta Iof. Quercetani; & aliis Authoribus Chymico-Medicis peritissimis: rite, & fideliter præparata manu ejus propria. Tiguri, apud Hardmejerum, 1616, in 4. apud Bodmerianum, 1628, in 4.

ÆGIDIVS EVERARTVS, *Antverpiensis*

De Herba Panacea, quam alii Tabacum, alii Petum, aut Nicotianam vocant, brevis Commentariolus. Quo admirandæ, ac prorsus divinæ hujus Peruanæ stirpis facultates, & usus explicantur. Antverpiæ, apud Ioa. Bellerum, 1587, in 16. Accesserunt huic libello, ut aversa tituli facie est videre, ejusdem Autoris

Compendiosa Narratio de Vsu, & praxi radicis Mechoacanæ, ex Hispania nova Indiæ Occidentalis nuper allatæ.

Gerardi Bergensis Medici de Pestis præservatione libellus ad S. P.Q. Antverpiensem.

Galeni Pergameni libellus de Theriaca ad Pisonem interprete & commentatore Ioanne Iuvene, Medico Iprensi.

Ejusdem de Antidotis libri II, ab Andrea Lacuna in compendium redacti.

Ioan-

Ioannis Iuvenis Opuſculum de Medicamentis Bezoardicis, quorum uſus à Peſte præſervat.

ÆGIDIVS de HERTOGHE

De geſtatione fœtus mortui per tredecim annos ad Matthiam Cornacem Epiſtola. Exſtat cum ejuſdem Cornacis Medicæ conſultationis apud ægrotos inſtituendæ Enchiridio. Baſileæ, apud Oporinum, 1564, in 8.

ÆGIDIVS, *Monachus Benedictinus, natione Græcus*,

De Vrinarum judiciis lib. 1. De Pulſibus lib. 1. cum expoſitione & commento Magiſtri Gentilis de Fulgineo. Venetiis, 1494, in 8. Lugduni, 1505, in 8. Poſtea vero pluribus locis correcti per M. Avenantium de Camerino. Baſileæ, apud Thomam Wolffium, 1529, in 8.

ÆGIDIVS de VADIS

Dialogus inter naturam & filium Philoſophiæ. Tabula, diverſorum Metallorum vocabula, quibus uſi ſunt veteres ad artem celandam, explicans. Extant Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, pag. 89.

ÆLIVS EVERARDVS VORSTIVS

Oratio funebris in Obitum V. N. & Cl. Caroli Cluſii Atrebatis. Acceſſerunt Variorum Epicedia. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1609, in 8.

Oratio funebris dicta honori & memoriæ V. Cl. D. Petri Pavl, Med. Prof. in Acad. Lugd. Batavor. Primarii, Anatomici & Botanici eximii. Poſt ductum Funus prid. Non. Auguſt. Anno CIƆ IƆ CXVII. Acceſſerunt in ejuſdem V. Cl. obitum varia Epicedia. Lugduni Batavorum apud Bonavent. Elzevirium, 1617, in 4.

ÆMILIVS, *quem Hiſpanum alii, alii Africanum fuiſſe volunt*

De Mulomedicina capita aliquot extant inter Veterinariæ Medicinæ ſcriptores, qui Græcè extant Baſileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4. Latinè ex interpretatione Ioa. Ruellii, Pariſiis, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

ÆMILIVS CAMPOLONGVS, *Patavinus*

Theoremata de humana perfectione, veritatis indagatoribus Patavii diſcutienda relicta. Patavii, apud Laur. Paſquatum 1573, in 4.

Σημειωτική, ſeu nova cognoſcendi morbos methodus, ad Analyſeos Capivaccianæ normam expreſſa. Nunc primum per Iohannem Ieſſenium à Ieſſen, rectè diſcentium & medentium uſui publicata. Witebergæ, apud Laur. Seuberlichium, 1601, in 8.

Methodi medicinales duæ, in quibus legitima medendi ratio traditur, propoſitæ in Acad. Patavina à viris Nobiliſs. Profeſs. *D. Alb. Bottono*, & Æmilio Campolongo: opera Lazari Suſenbeti in lucem editæ. Francof. apud Zach. Palthen. 1595, in 8.

De Arthritide liber unus: de Variolis liber alter: ex ejuſdem explicationibus decerpti, ac publicati. Venetiis, apud Paulum Mejettum, 1586, in 4. & 1596.

De Arthritide liber unus. Cui acceſſit *Ant. Schnebergeri* medicamentorum facilè parabilium adverſus omnis generis articulorum dolores enumeratio. Spiræ, apud Bern. Albinum, 1592, in 8.

De Vermibus; de Vteri affectibus; deque morbis Cutaneis tracta-

tus præstantissimi. Extant cum Hier. Fabricii ab Aquapendente Medicina Practica. Parisiis, apud Clodoveum Cottard, 1634, in 4.

ÆMILIVS DVSVS, *Braidensis*

De Valetudine tuenda liber. Taurini, apud hæred. Nicolai Bevilaquæ, 1582, in 8.

ÆMILIVS MACER

De Herbarum Virtutibus Opusculum. Cum *Ioa. Atrociani* Commentariis longè utilissimis. Basileæ, apud Sebast. Henric-Petri, 1581, in 8. Friburgi Brisg. apud Emmæum, 1530, in 8. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. cum Medicis Antiquis, pag. 224, cum Atrociani commentariis longè utilissimis. Francof. apud Egenolphum, 1540, in 8. ex recognitione Iani Cornarii. Hamburgi, apud Iacob. Wolff, 1596, in 8, hoc titulo: Henrici Rantzovii editio librorum Macri de virtutibus Herbarum, de quibusdam animalium partibus, ac Terræ speciebus, itemque medicamentis totius corporis humani, jam recenter ex Biblioth. sua Bredensi depromptorum.

ÆMILIVS PARISANVS, *Romanus*

Nobilium exercitationum libri duodecim, de Subtilitate. Accessit Par, & Sanius judicium de Seminis à toto proventu, ac de Stigmatibus. Venetiis, apud Euang. Deuchinum, 1623, in fol.

Nobilium exercitationum de Subtilitate pars altera. Lapis Lydius de Diaphragmate, ad Ioa. Riolanum Iuniorem Anatomicum Parisiensem, Medicum Regium. De Seminis à toto proventu, ac de Stigmatibus, ad Mundinum Mundinium, Medicum Venetum & sequaces. Vbi obiter Vera Aristotelis vita & gesta. De Calido Innato ad præclaros Academicos Patavinos, Salam, Cremoninum, Caimum, Sanctorium. De Cordis & Sanguinis motu ad Guilielmum Harveum, Anglum, Anatomicum Londinensem, Med. Regium. Venetiis, apud Marcum Antonium Brogiollum, 1635, in fol.

Nobilium exercitationum de Subtilitate pars tertia. De seminis à toto proventu: de principiis generationis, singularis certaminis lapis lydius, ad Iohannem Gallego de la Serna Malachensem, &c. De Visione, ad Andream Laurentium olim Henrici IV Regis Medicum. Nec non obiter ad Iohannem Riolanum Regium Medicum & Parisiensem Anatomicum. Venetiis, apud Iunctas, 1638, in fol.

ÆNEAS VIGIANVS

Consilia Medica extant eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

ÆSCHACIVS MAIOR, *Dobresanus*

Scrutinium ingeniorum pro iis, qui excellere cupiunt. Viennæ, 1637, in 8.

ÆSCVLAPIVS, *Filius Apollinis ex Coronide Nympha; qui, quod medicinam rudem adhuc & inertem, subtilius excoluerit, in Deorum numerum receptus est, & proinde Medicinæ præcipuus Inventor atque Amplificator habitus. Vid. Tarquinium de Illustr. Viris. Vixit A. M.* 2242. *A. ante C.* 1720. *VVolfg. Iustus in Chronol. Medic.*

De morborum, infirmitatum, corporisque accidentium, origine, causis, descriptionibus, & cura liber. Argentorati, apud Schottum, 1544, in fol. Cum Trotula, aliisque.

ÆTHO

ÆTHO IOANNES à FREUDENBERG

De Abusu, & impostura medicantium libellus, perquam utilis, ac jucundus futurus, quibus cum medicis erit negotium. Marpurgi, apud Cervicornum, 1538, in 8.

AETIUS AMIDENUS, *Comes & Medicus Græcus, clari nominis, discipulus Eunomii. Natus tempore Constantini, & Theodosii. Ætate posterior Paulo Ægin. Claruit A. C. 437. VVolfg. Iustus in Chronol. Medic. secundum Renat. Moreau de V. S. in Pleur. vixit A. C. 350.*

Librorum Medicinalium tomus primus, primi scilicet libri octo nunc primum in lucem editi. Græcè. Venetiis, apud Aldum & Asulanum, 1534, in fol.

Contractæ ex Veteribus Medicinæ Tetrabiblos, hoc est, libri quatuor. Latinè, ex interpretatione Iani Cornarii, Venetiis, ex offic. Farrea, 1543, in 8. ex versione ejusdem & Ioa. Bapt. Montani: Basileæ, apud Frobenium, 1535, in fol. ex integra Cornarii versione: Basileæ, apud eundem, 1542, & 1549, pari forma. Lugduni, apud Godefr. & Marcellum Beringorum, 1549, in fol. apud Sebast. de Honoratis, 1560, in 12. voll. 4. Quibus duabus postremis editionibus accesserunt in duos priores libros (quos de Simplicibus scripsit) Scholia, rei medicæ studiosis plurimum profutura, per Hugonem Solerium, Sanionensem. Parisiis, 1567, in fol.

Excerpta de Balneis extant pag. 482, Operis Veneti de Balneis.

De Febribus liber extat Operis Veneti de Febr. pag. 58.

AETIUS CLETUS, *Signinus*

Dilucidatio in Aphorism. XXII primæ sect. pro defensione interpretationis Marsilii Cagnati, nuper edita per Philandrum Colutium. Romæ, apud Barth. Zannettum, 1621, in 8.

Dodecaporion Chalcanthinum. Romæ, apud Barthol. Zannettum, 1620, in 4.

De Morbo strangulatorio opus. Romæ, apud Lud. Grignanum, 1636, in 8.

AGRICOLA PHILOPISTIUS, *Germanus*

Lapis Philosophorum aperiens, ac revelans rerum secretissimarum latentem, & salutarem usum. Coloniæ Agrippinæ, apud Henr. Crithium, 1531, in 24.

ALANUS, *Philosophus*

Dicta de Lapide Philosophico. Extant cum Iodoci Greveri Secreto, edito à Iusto à Balbian. Lugd. Batav. apud Christoph. Raphelengium, 1599, in 8. & vol. III. Theatri Chymici, in 8.

ALARDUS, *Amstelredamus*

Hippocratis Coi ad Damagetum Epistolæ cumprimis eruditæ juxta ac salutaris interpretatio, & paraphrasis. Salingiaci, apud Ioa. Soterem, 1530, in 8.

Scholia in Marbodæi Galli Cænomanensis de Gemmarum lapidumque pretiosorum formis, naturis, atque viribus eruditum opusculum. Coloniæ, apud Heronem Alopecium, 1539, in 8.

ALARDUS AULETIUS, *Leovardiensis*

Monitio ad illustres & amplissimos Dominos Ordines Frisiæ, De reformanda Praxi medica. Franckeræ, apud Ægidium Radæum, 1603, in 4.

ALBANUS BOTTO

Methodi medicinales duæ, editæ opera *Lazari Susenbeti*. Francof. apud Zach. Parthen. 1595, in 8.

ALBANUS TORINUS, *Vitoduriensis, Medicus Basiliensis, utraque linguæ doctissimus. Floruit A. C.* 1538. *Iustus in Chronol. Medic.*

Epistola Apologetica ad Andernacum, ipsius versionem esse mendosam: ubi simul græcus contextus Æginetæ emendatur: &c. Basileæ, apud Frobenium, 1539, in 8.

In librum Ioannis Damasceni Principis Arabum Medici, De exquisita Febrium curatione compendiosum Diegema, sive Paraphrasis. Extat cum Alex. Aphrodisæi de Febrium causis & differentiis Opusculo. Basileæ, apud Robertum Winter, 1542, in 8.

Opera *Abubetri Rhazis* latinitate donata. Basil. apud Henr. Petri, 1544, in fol.

Cælii Apitii Libros x, de re Culinaria, recensuit.

Dioclis Caristhii Libellum, de tuenda sanitate ad Antigonum Regem interpretatus est.

Polybii Opuscula Latine interpretatus est.

Item: Theophili, De exacta retrimentorum Vesicæ cognitione.

Item: Philareti, De Pulsuum scientia.

ALBERICUS GENTILIS

De Nascendi tempore disputatio. Witebergæ, apud Cratonianum, 1586, in 8.

ALBERTINUS BOTTONUS, *Patavinus*

Methodi medicinales duæ, in quibus legitima medendi ratio traditur, propositæ in Acad. Patavina à Nobiliss. viris Profess. D. Alb. Bottono, & Æmilio Campolongo: opera Lazari Susenbeti in lucem editæ. Francof. apud Palthenium, 1595, in 8.

De Morbis muliebribus liber. Patavii apud Iacob. Bozzam, 1585, in 4. Basileæ, apud Conr. Waldkirch, 1586, in 4. & cum Gynæciorum libris ab Israele Spachio editis, pag. 338.

De Vita conservanda. Patavii, apud Iacobum Bozzam, 1582, in 4.

De modo discurrendi circa morbos eosdemque curandi tractatus, extat cum Pandectis Ioa. Georgii Schenckii. Francof. apud Ionam Rhodium, 1607, in 12.

Consilia quædam Medica extant eo in opere, quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

ALBERTUS KYPERUS, *Borusso-Regiomontanus*

Medicinam rite discendi & exercendi Methodus. Lugd. Batav. apud Hieronymum de Vogel, 1642, in 12.

Responsio ad Pseud-Apologema, quod Vopiscus Fortunatus Plempius secundæ editioni Fundamentorum suorum Medicinæ subjungi curavit. Exstat cum ejusdem Institutionibus Physicis, editis Lugd. Batav. apud Adrianum Wyngaerden, 1647, in 12.

Anthropologia, Corporis humani, Contentorum, & Animæ naturam & virtutes secundum Circularem sanguinis motum explicans. Lugd. Batav. apud Adr. à Wyngaerden, 1650, in 4.

Institutiones Medicæ, ad hypothesin de Circulari sanguinis motu com-

compositæ. Subjunguntur ejusdem Transsumta medica, quibus continentur Medicinæ fundamenta. Amstelædami, apud Ioa. Iansonium, 1654, in 4.

Collegium Medicum, vigintisex disputationibus breviter complectens, quæ ad Institutiones pertinent. Accedunt, ejusdem Disputationes Physico-Medicæ miscellaneæ, atque Politicæ de Origine & jure Magistratus, de Iure belli, & de Fœderibus. Lugd. Batav. apud Ioh. Meyer, 1655, in 8.

ALBERTVS MAGNVS, *Lauinganus, Patria Suevus, Episcopus Ratisbonensis. Theologus, Philosophus & Medicus maximus, Parisiis. Floruit A. C. 1257. Obiit A. C. 1280. ætatis suæ anno 80. Iustus in Chronol. Medic.*

De Nutrimento & nutribili liber. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1517, in 4.

De Alchymia liber. Extat cum Veræ Alchymiæ aliquot scriptoribus, à Gul. Gratarolo collectis, Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 78, tomi II. & Theatri Chemici vol. secundo, pagina 459, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Scriptum super Arborem Aristotelis. Extat cum Veræ Alchymiæ scriptoribus, Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 102.

De Mineralibus & rebus metallicis libri quinque, repurgati & recens publicati per M. Gualtherum H. Rijf. Argentorati, apud Balthazar. Bek, 1541, in 8. & Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. pag. 125.

De Concordantia Philosophorum in Lapide Philosophico. Compositum de Compositis. Liber octo Capitulorum de Lapide Philosophorum. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

De Memoria & Intellectu libri duo. Venetiis, apud hæredes Octav. Scoti, 1517, in fol.

De Secretis Mulierum libellus, cum Scholiis. Antverpiæ, apud viduam Martini Cæsaris, 1538, in 8. Cum ejusdem de Virtutibus herbarum, Lapidum, & Animalium quorumdam libellis. Item, de Mirabilibus Mundi, ac de quibusdam affectibus causatis à quibusdam animalibus. His accessit de Falconibus, Asturibus, & Accipitribus opusculum. Lugduni, 1596, in 24. Argentorati, apud Lazar. Zetznerum, 1615, in 12. Huic accessit ob materiæ similitudinem Michaelis Scoti de Secretis naturæ opusculum. Iterumque ibidem, apud hæred. Zetzneri, 1637, in 12.

ALBERTVS NOVOCAMPIANVS

Annotationes in Fabricationem hominis à Cicerone lib. II de Natura Deorum descriptam. Dissertatio utrum Cor an Iecur in formatione fœtus consistat prius. Item Oratio de Laude Physices. Cracoviæ, apud Lazarum Andreæ, 1551, in 8.

ALBERTVS QVATROCCHVS

Disputatio de officinæ Pharmaceuticæ veris & legitimis antiquorum ponderibus, in qua comprobatur pondera monetaria Veneta respondere iis, quibus ætate Galeni utebatur antiquitas. Hic quoque accedit epitome mensurarum Græcis, Romanis, & Arabibus Medicis olim familiarium. Venetiis, apud Anton. Pinellum, 1617, in 4.

ALBERTVS SCHELIG, *VVarschaviensis*

Hieron. Mercurialis, De Venenis, & Morbis venenosis Tractatum, in duos libros digestum edidit.

ALBICVS, *Archiepiscopus Pragensis*

Praxis medendi. Regimen Sanitatis. Regimen Pestilentiæ. Lipsiæ, apud Marcum Brand, 1484, in 4.

ALBVCASA, *Arabs, Insignis Chirurgus. Floruit sub Henrico* IV. *A.C.* 1085. *VVolfg. Iustus in Chronolog. Medic.*

Methodus medendi certa, clara, & brevis, pleraque quæ ad Medicinæ partes omnes, præcipue quæ ad Chirurgiam requiruntur, lib. III. exponens. Cum instrumentis ad omnes fere morbos, utiliter, & γραφικῶς depictis. Adjecti sunt: Rolandi lib. IV, in quibus ordine, & judicio singulari fideliter tradit rationem medendi morbis interiorum, & exteriorum partium humani corporis. Rogerii liber breviter perstringens quidquid de omnium venarum phlebotomia scire bonum Medicum oportet. Constantini Aphricani de Humana natura lib. I. Item ejusdem de Elephantia lib. I. Et de Remediorum ex animalibus materia lib. I. Antonii Gazii quo medicamentorum genere purgationes fieri debeant, lib. I. Basileæ, apud Henr. Petri, 1541, in fol. Cum Chirurgia Guidonis, Venetiis, 1500, in fol. Cum Octaviani Horatiani Operibus, Argentorati, 1532, in fol.

ALCADINVS, *Siculus*

De Balneis Puteolanis Carmen. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 203.

ALCANAMOSALVS, *seu* CANAMVSALVS, *de Baldach, Armenicus*

De Passionibus Oculorum liber. Extat cum Chirurgia Guidonis, aliorumque. Venetiis, apud Andr. Asulan. 1499, & 1500, in fol.

ALCHINDVS

De Medicinarum compositarum gradibus investigandis libellus. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus. Lugduni, apud Ioa. Mareschallum, 1584, in 8.

ALCINOVS, *Platonicus*

De Corpore, membrisque hominis, atque animæ viribus caput: & alterum de Causis morborum, extant lib. de Doctrina Platonis, qui Græce & Latine editus est Lutetiæ, apud Mich. Vascosanum, 1532, in 8.

ALEARDVS de PINDEMONTIBVS, *Veronensis*

De Balneis Calderii libellus. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 141, facie aversa.

De Virtute Balneorum Calderianorum. Ibidem, pag. 289, facie aversa. Vbi male *de Indemontibus* inscribitur.

ALEXANDER ACHILLINVS, *Bononiensis*

In Mundini Anatomiam Annotationes. Extant cum Ioa. de Ketam praxi, Fasciculus medicinæ inscripta. Venetiis, apud Cæsarem Arrivabenum, 1522, in fol.

De Humani corporis Anatomia. Venetiis, apud Ioh. Antonium & FFr. de Sabio, 1521, in 4.

De Subjecto Medicinæ, cum Annotationibus Pamphili Montii. Venetiis, apud Hieron. Scotum, 1568, in fol, cum reliquis ejus Operibus.

ALEXAN-

ALEXANDER ALBERTINIVS, *à Rocha Contrada*

Malleus dæmonum ſive experimentatiſſimi exorciſmi, ex Euangeliis collecti. Mediolani, 1624, in 8.

ALEXANDER ALEXIVS

Conſilia medica, & Epitome Pulſuum: in quibus Methodus accurata cum Praxi Theorica conjungitur. Patavii, apud Gaſparem Crivellarium, 1627, in 4.

De Syrupo Roſata ſolutivo libellus. Patavii, apud Gaſparem Crivellarium, 1630, in 8.

ALEXANDER APHRODISEVS

De Febrium cauſis, & differentiis opuſculum, à Georgio Valla, *Placentino* latinitate donatum. Extat cum Symphor. Campegii libellis de Medicinæ claris ſcriptoribus, &c. Lugduni, 1506, in 8. Seorſim Baſileæ, apud Rob. Winter, 1542, in 8.

Problematum Sectiones quinque, per Georgium Vallam, Placentinum in latinum tranſlatæ. Extant cum Expoſitionibus Petri de Apono in Ariſtotelis Problemata, aliiſque. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1519, in fol. Et cum iiſdem, Georgio Merula interprete, interjectis ſparſim Scholiis vel teſtimoniis aliorum Autorum. Pariſiis, 1520, in fol. Ibidem, interprete Theodoro Gaza, 1524, in fol.

ALEXANDER ARNAVDVS

Iacobi Sylvii Commentaria, in Hippocratis Elementa: Iſagogen, in Hipp. & Gal. Phyſiologiæ Partem Anatomicam; De Menſibus Mulierum, & Hominis Generatione, diligentiſſime caſtigata Typis dedit.

ALEXANDER BENEDICTVS, *Veronenſis*

De re medica opus inſigne, & apprime Medicinæ candidatis utile, hoc ordine digeſtum. De omnium à vertice ad plantam morborum ſignis, cauſis, differentiis, judicationibus, & remediis, tam ſimplicibus, quam compoſitis, lib. xxx. De Medici & ægri officio Aphoriſmorum lib. I. De Peſtilentiæ cauſis, præſervatione, & auxiliorum materia, lib. I. Humani corporis anatome tractata lib. v. Venetiis, apud Lucam Anton. Iuntam, 1535, in fol. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1539, in 4. 1549, 1572, in fol. ex emendatione Marci Hopperi.

De Medici atque Ægri officio libellus. Extat cum Symphoriani Campegii Libellis de Medicinæ claris ſcriptoribus, &c. Lugd. 1505, in 8.

Medicinalium obſervationum rara exempla cum Remb. Dodonæi annotationibus. Extant cum ejuſdem Dodonæi obſervationibus Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1581, in 8, pag. 294.

Anatomice, ſive de hiſtoria corporis humani libri quinque. Adjectum eſt huic opuſculum Georgii Vallæ Placentini ejuſdem rei, ſive argumenti. Baſileæ, apud Eucharium, 1527, in 8. Argentorati, apud Ioa. Hervagium, 1528, in 8. & Pariſiis, apud Henr. Stephanum, 1514, in 4. Vtrique additis ejuſdem Collectionum medicinalium, ſeu Aphoriſmorum libro: Aphoriſmis Damaſceni: & Hippocratis Iurejurando.

De Peſtilenti febre liber. Papiæ, apud Bernardin. de Haraldis, 1516, in fol. cum Angeli Bolognini, Ioa. Almenar, Dominici Maſſarii, aliorumque operibus. Baſileæ, apud Henr. Petri, 1538, in 8. una cum I. Schilleri ejuſdem argumenti libello.

ALEX-

ALEXANDER CARERIUS, *Patavinus*

Quæstio, An metalla artis beneficio permutari possint. Patavii, apud L. P. 1579, in 4. & cum Caroli Witestein Disceptatione de Quinta Chymicorum Essentia. Basileæ, apud Sebast. Henric-Petri, 1583, in 8.

ALEXANDER FONTANA, *Mutinensis*

De Morbo Gallico quæstiones. Extant Operis de Morbo Gallico, tomo 1, pag. 610. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1596, in fol.

ALEXANDER IUSTINIANUS, *Chio*

Ioa. Bernardi Feliciani Interpretationem in Galeni libros IX, de Hippocratis & Platonis Decretis, ad vetustorum exemplarium Græcorum fidem accuratissime castigavit.

ALEXANDER MASSARIAS, *Patavinus, Successor Mercurialis. Vixit circa A. C.* 1580. *Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.*

Opera Medica: quibus methodus ac ratio cognoscendi & curandi totius humani corporis morbos, ad nativam genuinamque Hippocratis & Galeni mentem vere optimeque instituitur. Subjiciuntur tractatus quatuor utilissimi, de Peste, de Affectibus Renum & Vesicæ, de Pulsibus, & de Urinis: Consilium pro febre Catarrhali cum totius macie, ventriculi imbecillitate, mesenterii obstructione, mœstitia & vigiliis: Liber Responsorum & Consultationum medicinalium. Accedunt postremo loco Disputationes duæ, una de Scopis mittendi sanguinem, altera de Purgatione in principio morborum, quam excipit Additamentum Apologeticum ad priorem. Lugduni, apud Petrum Drobet, & Ioan. Huguetan, 1634, in fol.

Practica medica, seu Prælectiones Academicæ, continentes Methodum ac rationem cognoscendi & curandi totius humani corporis morbos, ad nativam genuinamque Hippocratis & Galeni mentem vere optimeque institutam in antiquiss. & celeberr. Patavino Gymnasio habitæ, &c. Lugduni, apud Laurent. Durand, 1616, 1622, in 4. Adjectis tractatibus quatuor: I, De Peste. II, De affectibus Renum & Vesicæ. III, De Pulsibus. IV, De Urinis. Et pro exemplo annexo Consilio de Febre Catarrhali cum totius macie, mesenterii obstructione, mœstitia, & vigiliis. Tarvisii, apud Societ. Venetam, 1606, in fol. Francof. apud hæred. Nicol. Bassæi, 1608, in 4. Venetiis, 1618, in 4.

Prælectiones de Morbis mulierum, conceptus, & partus. Lipsiæ, apud Abrah. Lambergum, 1600, in 8.

Liber Responsorum, & Consultationum medicinalium. In quo methodo accuratissimâ cum Praxi Theorica conjungitur per Consultationes, quæ hactenus haberi potuerunt, unam & viginti, ratioque causas, & morborum naturas in individuo indagandi traditur, iisdemque cibis ac medicamentis occurrendi modus, quantum per humanas vires aut liceat, vel per artis industriam fieri possit, quasi intento digito demonstratur. Venetiis, apud Trivisanum Bertolottum, 1613, in fol.

Disputationes duæ, quarum prima de Scopis mittendi sanguinem, cum generaliter, tum specialiter in febribus: altera, de Purgatione in morborum principio. Vincentiæ, 1598, in 4. Lugduni, apud Laur. Durand, 1622, in 4. cum Additamento Apologetico ad priorem.

De Abusu medicamentorum Vesicantium, & Theriacæ in febribus pesti-

pestilentibus disputatio. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1591, in 4.

De Abusu medicamentorum Vesicantium disputatio secunda apologetica ad librum Herculis Saxoniæ de Phœnigmis. Vicentiæ, apud Georg. Græcum, 1593, in 4.

De Peste libri duo. Venetiis, apud Altobellum Salicatium, 1579, in 4.

ALEXANDER PANTIVS

Consilium de Læsione motus digitorum, & Macie brachii sinistri. Extat eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 326.

ALEXANDER PECCANA, *Veronensis*

De Chrondro & Alica libri duo. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1627, in 4.

ALEXANDER RIGHIVS, *Florentinus*

Historia contagiosi morbi, qui Florentiam populatus fuit anno CIↃ IↃ C XXX. Florentiæ, apud Franc. Honupium, 1633, in 4.

ALEXANDER SEITZ

Declamatio in laudem artis medicæ, cum refutatione castitatis votorum arrogantium. Basileæ, 1524, in 4.

Tabulæ duæ curationum morborum Stomachi, & Epatis. Argentinæ, apud Matthiam Apiarium, 1534, in fol.

ALEXANDER à SVCHTEN

De Secretis Antimonii liber unus, in Latinum sermonem è Germanico translatus per M. Forbergium Mysium. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1575, in 8.

ALEXANDER TRAIANVS PETRONIVS, *Citacastellanus, Philosophus & Medicus insignis. Vixit Venetiis, A. C. circiter* 1534. *Iustus in Chronol. Medic.*

De Victu Romanorum & de Sanitate tuenda libri quinque. His accessere libelli duo de Alvo sine medicamentis mollienda. Romæ, apud Populum Romanum, 1581, in fol.

Proposita, seu Aphorismi medicinales CXLIX. Venetiis, apud Bernardinum Venetum, 1535, in 8.

De Morbo Gallico lib. VII. Extant tomo II Operis de Morbo Gallico, pag. 1. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1566, in fol.

ALEXANDER TRALLIANVS, *Medicus Græcus & Iatrosophista, & Philosophus clarissimus. Claruit sub Arcadio & Honorio Imperatoribus, A. C.* 413. *VVolfg. Iustus in Chronol. Medic. Secundum Renat. Moreau de V. S. in Pleur. A. C.* 360.

Libri Medicinales XII. Ex Bibliotheca Regia. Cum Rhazæ de Pestilentia libello ex Syrorum lingua in Græcam translato. Iacobi Goupyli in utrumque Castigationibus. Græce. Lutetiæ, apud Robertum Stephanum, 1548, in fol. Græcolatine, interprete & emendatore Ioanne Guintherio Andernaco. Basileæ, apud Henr. Petri, 1556, in 8. Adjectæ sunt per eundem variæ exemplarium lectionis Observationes, cum Iac. Goupyli Castigationibus. Latine, ex *versione barbara* cum expositione glosæ interlinearis Iacobi de Partibus, & Simonis Ianuensis in margine positæ. Lugduni, apud Franc. Fradin, 1504, in 4. Papiæ, 1520, in 8. Ex versione Albani Torini, Basileæ, apud Henr. Petri, 1533, 1541, in fol. Ex Ioa. Guin-

therii Andernaci interpretatione, Argentinæ, apud Remig. Guidonem, 1540, in 8. apud Henr. Stephanum, 1576, in fol. cum Medicis Principibus. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1560, in 16. nunc demum Ioannis Molinæi doctissimis annotationibus illustrati, multisque in locis suo nitori restituti. Lugduni, apud Ant. de Harsii, 1575, in 12: & 1576, in 16.

Epistola de Lumbricis, ex antiquissimo codice Vaticanæ Bibliothecæ. Extat Græce, & Latine reddita ab Hier. Mercuriali, cum ejusdem Variarum Lectionum libris. Venetiis, apud Gratiosum Perchacinum, 1570, in 8. & ejusdem de Puerorum morbis tractatu, Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1584, in 8.

Excerpta de Balneis extant pag. 481, Operis Veneti de Balneis.

De Febribus liber extat Operis Veneti de Febribus pag. 45.

ALEXANDER de VICENTINIS

De Calore per motum excitato, atque de Cœli influxu in sublunaria. Veronæ, apud Bartholomæum Merlum, 1634, in 4. Huic accessêrunt: Epistola, sitne eorum, quæ ex putri, mucosaque materia, & eorum, quæ ex semine derivata fluxere, species eadem. &, De foco putridarum Febrium continuarum Apologia pro Galeno.

ALEXANDRINVS

Commentarius in Librum Galeni de Sectis, extat tomo 1 Operum Galeni translationis barbaræ. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1505, in fol. regali.

ALEXIS GAVDINVS

Epistolæ, seu Disputationes duæ ad Laur. Ioubertum, de Iteranda sæpius phlebotomia. Extant cum Operibus Iouberti tomo 11, pag. 136. edit. Francofurt. apud hæred. Andr. Wecheli, 1599, in fol.

ALEXIVS PEDEMONTANVS

De Secretis libri septem, à Io. Iac. Weckero ex Italico in Latinum conversi, & multis bonis Secretis aucti, diligentiusque castigati. Accessit ejusdem Weckeri opera, octavus de artificiosis Vinis liber. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1563, in 8: apud Ludov. Köningh, 1613, in 8.

ALGVAZIR ALBVLEIZOR, *Vixit circa A. C. 1163. Iustus in Chronol. Medic.*

De Curatione Lapidis. Extat inter spurios Galeni libros, & cum parvis Razis opusculis, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

ALOISIVS ALBERTVS, *Patavinus*

De Nutritione, Augmento, & Generatione, Disputationes. In quibus Aristoteles defenditur adversus Galenum. Venetiis, apud Variscos, 1627, in 4.

ALOISIVS ANGVILLARA

De simplicibus liber primus, cum notis Gaspari Bauhini. Basileæ, apud Henric. Petri, 1593, in 8.

ALOISIVS BELLOCATVS, *Brixianus*

Consultationes aliquot pro variis affectibus, extant in opere Consiliorum Io. Bapt. Montani à Ioa. Cratone edito Basileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in fol. Aliæ præterea extant cum Victoris Trincavellii Consiliorum Opere.

ALOI-

ALOISIVS CORNARVS

De Vita Sobria. Patavii, apud Gratiosum Perchachinum, 1561, in 8.

ALOISIVS LOBERA, *Abulanus*

De Morbo Gallico tractatus, ex libro Aulicarum quatuor ægritudinum erutus, atque ex Hispano accuratissime Latinus factus. Extat tomo I operis de Morbo Gallico, pag. 321. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1566, in fol.

ALOISIVS LVISINVS, *Vtinensis*

De compescendis animi affectibus, per Moralem Philosophiam, & Medendi artem, in tres libros divisus. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1562, in 8.

Aphorismi Hippocratis Hexametro carmine conscripti. Venetiis, apud Iuntas, 1552, in 8.

Quæstiones de Balneis, extant opere de Balneis, pag. 200, facie aversa.

ALOISIVS MVNDELLA, *Brixianus, Medicus in Italia doctissimus. Floruit A. C.* 1538. *Iustus in Chronol. Medic.*

Theatrum Galeni, hoc est, universæ Medicinæ, à Galeno diffusæ sparsimque traditæ Promptuarium. Quo vel Indicis loco in omnes Galeni libros, vel Locorum communium instar in re medica Lector utetur. Basileæ, apud Euseb. Episcopium, 1568, in reg. fol. Coloniæ, apud Ioa. Gymnicum, 1587, in fol.

Dialogi Medicinales decem: in quibus multa & varia tum artis Theoremata: tum historiæ & experimenta doctissime explicantur. Tiguri, apud Froschoverum, 1551, in 4.

Epistolæ Medicinales, variarum quæstionum, & locorum insuper Galeni difficilium expositionem continentes, omnibus qui veram artem exercere volunt apprime utiles. Ejusdem Annotationes in Antonii Musæ Brasavolæ simplicium medicamentorum Examen. Basileæ, apud Mich. Isingrinium, 1543, in 4. apud Lud. Köning, in 8.

Epistola ad Iosephum Valdanium, qua tractatur Quæstio, utrum in lienis affectibus secanda sit vena, quæ est ad annularem digitum sinistræ manus. Patavii, apud Petrum Anton. Alciatum, 1567, in 8.

ALOISIVS TOREVS

De Febris Epidemicæ & novæ, quæ Latine Puncticularis, vulgo Tavardillo & Pintas dicitur, natura, cognitione & medela ad eos, qui introducuntur. Burgis, apud Phil. Tantam, 1574, in 8.

De natura & curatione febris puncticularis. Valentiæ, 1591, in 8.

ALOISIVS TRISSINVS, *Vicentinus, Medicus Ferrariensis. Vixit A. C.* 1543. *Iustus in Chronol. Medic.*

Problematum Medicinalium libri sex, ex Galeni sententia. Basileæ, apud Mich. Isingrinium, 1547, in 8.: apud Iac. Parcum, 1548, in 8. Patavii, apud Franc. Bolzetam, 1629, in 8.

ALOISIVS VARESIVS

Consilia medica exstant eo in opere, quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

ALPHONSVS, *Regis Castellæ*

Liber Philosophiæ occultioris, præcipue metallorum, profundissi-

mus. Extat Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1622, in 8.

ALPHONSVS BAROCCIVS, *Ferrariensis*

Lectionum de Febribus liber primus, qui est de Febre generatim. Nunc primum opera Ioannis Libioli, Ferrariensis exceptus, ac editus. Ferrariæ, apud Victorium Baldinum, 1606, in fol.

In primam Magni Hippocratis Aphorismorum Sectionem dilucidissimæ lectiones. Eodem prorsus ordine habitæ, quo PVNCTA à LAVREANDIS in Doctorum consessu passim explicari solent. Ferrariæ, apud Benedict. Mammarellum, 1593, in 4.

ALPHONSVS BERTOCIVS, *Fanensis*

Methodus Curativa generalis & compendiaria: ex Hipp. Gal. Avic. & Montani Placitis, in Medicinæ studiosorum gratiam descripta. Lugduni, apud Gabr. Coterium, 1558, in 16: apud Iac. Fabrum, in 8. Huic edit. adjecta est Iac. à Partibus Summula Alphabetica morborum ac remediorum ex libris Mesuæ excerpta. Ibidem, apud Ant. Candidum, 1588, in 8. Francof. apud Ioan. Saurium, 1608, in 8. Accesserunt Ideæ doctrinæ Hippocraticæ: I, de generatione Pituitæ: II, de Melancholico humore: III, de Coctione, & præparatione humorum: IV, de Victus ratione, autore Ioa. Bapt. Montano. & ibidem, apud Ioa. Carol. Vnckelium, 1621, in 8. cum iisdem tractatibus.

ALPHONSVS à CARRANZA, *Hispanus*

Tractatus novus & accuratissimus de Partu naturali, & legitimo: ubi Controversiæ Iuridicæ, Philologicæ, Philosophicæ, Medicæ discutiuntur, ad Fori usum & Praxim: de Partus conceptione, formatione: de Fœtu in utero: de Posthumis: de Conditione partus, Expositione, Suppositione, Ventre exsecto: Tempore partus vario (ubi & de Anni computatione prolixe agitur) Abortivo, Monstruoso, Numeroso partu, Superfœtatione, Generatione Succubi. Cui propter Argumenti similitudinem additæ sunt Exercitationes Caroli Annibalis Fabroti Antecessoris Aquis-Sextiensis, de Tempore humani partus, & de Numero puerperii. Sumptibus Ioa. de Tournes, & Iacobi de la Pierre, 1629, in 4.

ALPHONSVS DACA, *Hispanus*

De ratione cognoscendi causas, & signa tam in prospera, quam adversa valetudine Vrinarum, deque earum necis indiciis, & prænunciationibus, lib. tres. Nonnulla etiam de Febribus, & Diebus decretoriis. Hispali, apud Alfonsum de la Barera, 1577, in 4.

ALPHONSVS FERRIVS, *Neapolitanus, Pauli III. Pontificis Chirurgus primarius. Floruit A. C. 1639. Iustus in Chronol. Medic.*

De Sclopetorum, sive Archibusorum vulneribus lib. tres. Corollarium de sclopeti, ac similium tormentorum pulvere. De Caruncula, sive Callo, quæ cervici vesicæ innascuntur, opusculum. Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1559, in 4. Antverpiæ, apud Arnoldum Coninx, 1583, in 4. cum aliis. Tiguri, apud Gesneros, 1555, in fol. Cum Chirurgiæ scriptoribus.

De Morbo Gallico, Ligni Sancti natura, usuque multiplici libri quatuor. Extant tomo I pag. 347. operis de Morbo Gallico. Venetiis, apud Iord. Zilettum, 1566, in fol.

De

De Ligni sancti multiplici medicina. Parisiis, 1542, in 12.

ALPHONSVS GOMEZ, *de la Parra*

Polyanthæa Medicis speciosa, Chirurgis mirifica, Myrepsiois valde utilis & necessaria in quinque partes divisa. Matriti, apud Ioan. Soncaletz, 1625, in 4.

ALPHONSVS GOMEZIVS, *Hispalensis*

De Tumorum præparatione. Hispali, 1546, in 12.

ALPHONSVS à IVBERA

Reformatio omnium medicamentorum, quæ in Pharmacopoliis usui esse solent. Vallesoleti, apud Did. Ferdinand. 1578, in 8.

ALPHONSVS LOPVS

Hippocratis Prognosticon cum brevibus Annotationibus. Matriti, 1596, in 4.

ALPHONSVS LVPEVS, *Cureleanus*

Annotationes in omnia Galeni opera. Cæsar-augustæ, 1562. ibidem 1565, in fol. Matriti, 1582, in 4.

Catalogus Auctorum, qui post Galeni ævum & Hippocrati & Galeno contradixerunt. Valentiæ, 1589, in 12.

De Morbo postulato liber. Valentiæ, 1581, in 4. Cæsar-augustæ, apud Michaelem à Huessa, 1584, in 4.

Enchiridium seu Methodus Medicinæ. Cæsar-augustæ, 1549, in 12. Valentiæ, 1581, in 16.

Naturæ querimonia. Cæsar-augustæ, 1564, in 8. Ibidem 1565.

De Natura Venæ. Ibidem, 1573, in 8.

De Febre maligna & placitis Galeni. Cæsar-augustæ, 1574, in 8.

De Arte curativa Stellæ. Ibidem, 1552, in 12.

ALPHONSVS MORESCOTTVS

Compendium Medicinæ totius, in quo de Complexionum arcanis indiciis, morborum præcipuorum causis, prognosticis, & signis, deque Fabrica Receptorum breviter tractatur. Additis formulis remediorum Petri Gorræi. Francof. apud Christ. Corvinum, 1583, 1588, in 12. Herbornæ Nassoviorum, 1604, in 12.

ALPHONSVS RODERICVS GVEVARA

De Re Anatomica liber. Conimbricæ, ex offic. Academiæ, 1592, in 4.

ALPHONSVS de SANTACRVCE

Dignotio, & cura affectuum melancholicorum. Matriti, apud Thomam Iuntam, 1622, in fol.

ALPHONSVS TORREVS, *Placentinus*

De Febre epidemica puncticulari seu Tabardillo. Burgis, 1574, in 8.

ALSAHARAVIVS

Liber Theoricæ, nec non Practicæ, jam summa diligentia & cura depromptus in lucem per Paulum Ricinum. Augustæ Vindel. apud Sigismundum Grimanum, 1519, in fol.

ALVARVS NONNIVS, *Hispanus*

Annotationes ad lib. duos Francisci Arcæi de Recta curandorum Vulnerum ratione, cum iisdem excusæ sunt Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1574, in 8.

ALZARIUS CRUCIUS, *sive à* CRUCE,

Disquisitio de fœtu octimestri, Romæ, 1627, in 4.

Consilium de lue pestifera. Romæ, 1631, in 4.

De Sanguinis sputo. Romæ, 1633, in fol.

De Epilepsia lectiones Bononienses. Venetiis, 1603, in 4.

AMANDUS POLANUS, *à Polansdorff*

Epistolæ binæ medicæ, quarum altera quæritur, liceatne Chirurgo salva conscientia fœtum educere viventem è matre, ut hanc servet. Extant. cum Guil. Fabr. Hildani Cent. 1 Epistol. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1619, in 4. pag. 265, 270.

AMATUS LUSITANUS, *Philosophus & Medicus præstantissimus, in Salamanticensi Gymnasio. Floruit A. C.* 1550. *Iustus in Chronol. Medic. Hic se antea appellavit Ioannem Rodericum Castelli-albi,*

Curationum Medicinalium Centuriæ septem, variâ multiplicique rerum cognitione refertæ. Quibus præmissa est Commentatio de Introitu Medici ad Ægrotantem. De Crisi,& Diebus Decretoriis. Barcinonæ, 1628,in fol. Burdigalæ,apud Gilbertum Vernoy,1620,in 4. Venetiis,apud Constantinum, 1557, in 8. & apud Vincentium Valgrisium, 1566, in 8. Lugduni, apud Rovillium, 1560, in 16. Ex his seorsim edita est:

Centuria prima. Cui eadem commentatio de Introitu ad Ægrotantem, & Criseωn tractatio præmissa est. Florentiæ, apud Torrentinum, 1551, in 8. &

Centuria secunda. Quæ methodum & canonem propinandi decoctum radicis Chynarum locupletius describebat. Venetiis, apud Valgrisium, 1552, in 16.

De Morbo Gallico, & Gallica Scabie Epistolæ duæ, ex Centuria prima Medicinalium curationum excerptæ. Necnon de Methodo propinandi Chynæ ex Centuria secunda excerpta. Extant tom. 1, pag. 560, Operis de Morbo Gallico, Venetiis, apud Iord. Zilettum, 1566, in fol.

In Dioscoridis Anazarbæi de Medica materia libros quinque Enarrationes eruditissimæ. Quibus etiam tum simplicium medicamentorum nomenclaturæ Græcæ, Latinæ, Italicæ, Hispanicæ, Germanicæ,& Gallicæ proponuntur: tum errores aliorum omnium, qui ad hanc usque diem de hac materia scripserunt, improbantur. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1577, in 4: apud Valgrisium,1553, in 8. Argentinæ, apud Rihelium, 1565, in 4. Lugduni, apud viduam Balthaz. Arnoleti, 1558, in 8: apud Matth. Bonhomme, 1558, in 8: cui editioni accessere insuper Roberti Constantini Annotationes, & simplicium picturæ ex Fuchsio, & Dalechampio mutuatæ.

Exegemata in priores duos Dioscoridis de Medica materia libros, nomine Io. Roderici Castelli-Albi editi fuerunt,Antverpiæ, apud viduam Martini Cæsaris, 1536, in 4.

AMBROSIUS FLORIDUS, *Patavini*

Tractatus de annis climactericis ac diebus criticis, dialogistico contextus sermone. In quo mira doctrina ex fontibus Astrologorum excerpta & Philosophorum panditur, quo pacto totius vitæ humanæ cursus per septenarium annorum numerum regulatus,secundum varias planeta-

rum

rum conjunctiones in diversis temporibus agitetur & torqueatur. Patavii, apud Matthæum de Meniis, 1612, in 4.

AMBROSIVS LEO, *Nolanus*

Opus quæstionum tum aliis plerisque in rebus, cum vero maxime in Philosophia, & Medicina. Venetiis, 1523, in 4.

Interpretatio græca lib. VII de Vrinis Actuarii Iohannis. Venetiis, apud Laur. Vitalem, 1519, in 4. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1529, in 8.

AMBROSIVS NONNIVS, *Lusitanus*

Commentaria in tres libros Aphorismorum Hippocratis. Conimbricæ, ex offic. Academiæ, 1600, in fol.

AMBROSIVS PARÆVS

Opera, à *Iac. Guillemeau* elimata, novis Iconibus elegantissimis illustrata, & latinitate donata. Parisiis, apud Iacob. Dupuys, 1582, in fol. Francof. apud Iac. Fischerum, 1612, in fol. apud Feirabendium, cum novis iconibus, 1593, in fol.

Sunt autem his operibus contenta,

Introductio, seu via ad Chirurgiam compendiaria.
Lib. I. De Animantibus, & Hominis præstantia.
II. De Humani corporis Anatome.
III. De partibus Vitalibus in Thorace contentis.
IV. De Partibus Animalibus in Capite positis.
V. De Musculis, & Ossibus, aliisque corporis extremis partibus.
VI. De Tumoribus contra naturam in genere.
VII. De Tumoribus contra naturam particularibus.
VIII. De Vulneribus in genere.
IX. De recentibus, & cruentis singularum partium vulneribus.
X. De Vulneribus Sclopo, aliisque igniariis machinis, & telorum omni genere illisis.
XI. De Contusionibus, & Gangrænis.
XII. De Vlceribus, Fistulis, & Hæmorrhoidibus.
XIII. De Fasciis.
XIV. De Fracturis.
XV. De Luxationibus.
XVI. De plerisque partium præter naturam affectionibus, quarum curatio manu fere perficitur.
XVII. De Arthritide.
XVIII. De Lue venerea, & his, quæ per eam contingunt, symptomatis.
XIX. De Infantium Variolis, seu Morbillis, Ecchymatibus nempe & Exanthematibus: Itemque de Vermibus, & Elephantiasi.
XX. De Venenis, deque rabiosorum canum, & Venenatorum animantium morsu ac puncturis.
XXI. De Peste.
XXII. De Eorum, quæ seu Natura, seu ex Eventu desunt reparandorum artibus.
XXIII. De Hominis generatione.
XXIV. De Monstris, & Prodigiis.
XXV. De simplicium medicamentorum facultatibus, unaque de eorum compositione, & usu.
XXVI. De Destillationibus.
Tractatus de Renuntiationibus; & Cadaverum Embammatis.

AMBROSIVS RHODIVS

Disputationes supra Ideam medicinæ Philosophicæ Petri Severini Dani: Quibus loca illius libri obscura & difficilia illustrantur, Adversarii refutantur, & multi Discursus ex intimis Naturæ adytis depromptimoventur. Hafniæ, apud Salom. Sartorium, 1643, in 4.

ANASTASIUS

De ratione victus salutaris post incisam venam, & emissum sanguinem Epigramma. Extat cum Schola Salernitana, Antverpiæ, apud Ioan. Withagium, 1562, in 16.

ANATOLIUS

De re rustica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν, seu de Re rustica selectorum lib. xx Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis. Io. Alex. Brassicani opera in lucem editis, Basileæ, apud Robertum Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

De Mulomedicina capita aliquot extant in iisdem de Re rustica libris, lib. xvi, & seqq. & inter Veterinaria Medicinæ scriptores, qui editi sunt Græce quidem, Basileæ, apud Ioa. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Ioa. Ruellii, Basileæ, apud Sim. Colinæum, 1530, in fol.

ANDREAS ALCASAR, *Guadalaxarensis*

(Rod. à Castro Med. polit. p. 68. dicitur *Andreas Valcacer.*)

Chirurgiæ libri sex. In quibus multa Antiquorum, & Recentiorum subobscura loca hactenus non declarata interpretantur. Salmanticæ, apud Dominicum à Portonariis, 1575, in fol.

De Vulneribus Capitis liber. Salmanticæ, 1582, in fol.

ANDREAS ALPAGO

Armenandi Blasii Versionem Canticorum Avicennæ castigavit. Venetiis, apud Iuntas, 1555, in fol.

Ioa. Serapionis Practicam, dictam Breviarium interpretatus est.

ANDREAS ANTONIUS, *de Castro*

De Febrium curatione libri tres. Villavizosæ Lusitaniæ, 1636, in fol.

De Simplicium medicamentorum facultatibus. ibidem.

ANDREAS ARGOLUS, *à Tagliacozzo D. Marci*

De Diebus Criticis, & de Ægrorum decubitu, libri duo. Patavii, apud Paul. Frambottum, 1639, in 4.

ANDREAS AURIFABER, *Vratislaviensis*

Succini historia. Regiomonti, 1557, in 8.

Annotationes in Phæmonis Philosophi libellum De Cura Canum. Wittenbergæ, apud Ioannem Lufft, 1545, in 8.

ANDREAS BACCIUS, *Elpidianus*

De Thermis libri septem. Opus locupletissimum, non solum Medicis necessarium, verum etiam studiosis variarum rerum naturæ perutile. In quo agitur de universa aquarum natura, deque earum differentiis omnibus, ac Mistionibus cum terris, cum ignibus, cum metallis. De terrestris Ignis natura, nova tractatio. De fontibus, fluminibus, lacubus, de balneis totius orbis, & de Methodo medendi per balneas: deque lavationum simul atque exercitationum institutis in admirandis Romanorum thermis. Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1571, & 1588, in fol. in hac recentiori omissæ sunt figuræ. Romæ, apud Iacobum Mascardum, 1622, in fol.

De Balneis oppidi Bergomatis Transcheri, seorsim cum consimilis argumenti libris. Bergomi, 1583, in 4.

De naturali Vinorum historia, de vinis Italiæ, & de conviviis Antiquorum,

quorum, libri VII. Acceſſit de Factitiis, ac Cereviſiis, deque Rheni, Galliæ, Hiſpaniæ, & de totius Europæ vinis, & de omni Vinorum uſu, compendiaria tractatio. Romæ, apud Nicolaum Mutium, 1596, in fol. Francof. apud Nicol. Steinium, 1607, in fol. Romæ apud Eundem, 1598.

De Gemmis ac Lapidibus pretioſis, eorumque viribus, & uſu, Tractatus, Italica lingua conſcriptus: nunc vero non ſolum in Latinum ſermonem converſus, verum etiam utiliſſimis annotationibus & obſervationibus auctior redditus, à Wolfgango Gabelchovero. Cui acceſſit diſputatio, De generatione auri in locis ſubterraneis, illiuſque temperamento. Francofurti, apud Matthiam Beckerum, 1603, in 8. apud Ioh. Davidem Zumerum, 1643, in 8.

De Magna Beſtia Alce, Germanis Elendt nuncupata, ejuſque proprietatibus liber: ex Italico Wolfgangi Gabelchoveri opera Latinus factus. Stutgardiæ, in 8.

De Cornu Monocerotis liber, ex Italica in linguam Latinam converſus ab Andrea Marino, & Venetiis, 1566, in 4, editus. deinde vero à Wolfgango Gabelchovero Latinus factus. Stutgardiæ, 1598, in 8.

De Venenis, & Antidotis προλεγόμενα, ſeu communia præcepta ad humanam vitam tuendam ſaluberrima. In quibus definitiva Methodus Venenorum proponitur per genera, ac differentias ſuas, partes, & paſſiones, præſervandi modum, & communia ad eorum Curationem Antidota complectens. De Canis rabioſi morſu, & ejus curatione. Romæ, apud Vincent. Accoltum, 1586, in 4.

Tabula Simplicium medicamentorum. Romæ, apud Ioſephum de Angelis, 1577, in 4.

Epiſtola ad Marcum Oddum de dignitate Theriacæ. Et altera ad Antonium Portum, Quænam ratio ſit Viperinæ carnis in Theriaca. Vtraque extat cum opere Marci Oddi de Componendis medicamentis, & aliorum dijudicandis. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1583, in 4.

ANDREAS BELLVNENSIS

Armegandi Blaſii Verſionem Averrois colliget lib. VII: Canticorum Avicennæ, & Tractatus de Theriaca caſtigavit. Extat X volum. Operum Averrois. Venetiis, apud Iuntas, 1552, in fol.

ANDREAS BERTHOLDVS, *Oſchacenſis*

Terræ ſigillatæ, nuper in Germania repertæ, vires atque virtutes admirandæ, ejuſque adminiſtrandæ, ac uſurpandæ ratio. Miſniæ, apud Chriſtoph. Rab, 1583, in 4.

ANDREAS de BLAVEN

Epiſtola ad Petr. Andr. Matthiolum, de multiplici auri potabilis parandi ratione. Extat lib. IV Epiſtolarum Matthioli, p. 514.

ANDREAS BRENTIVS, *Patavinus*

Commentarii in Hippocratis de Inſomniis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

Ejuſdem Hippocr. De Natura Hominis Expoſitio latina.

Variarum Philoſophorum ſententiarum perveniendi ad Lapidem benedictum Collectanea. Extant Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

ANDREAS CÆSALPINUS, *Aretinus*

Κάτοπτρον, sive speculum artis medicæ Hippocraticum: spectandos, dignoscendos, curandosque exhibens universos, tum universales, tum particulares totius corporis humani morbos, in quo multa visuntur, quæ à præclarissimis quibusque Medicis intacta prorsus relicta erant arcana. Francof. apud Lazarum Zetznerum, 1605, in 8. Venetiis, apud Societatem Venetam, 1606, in 4. Tarvisii, apud Robert. Mejett. Venetiis, apud Societat. 1606, in 8.

De Plantis, lib. XVI. Florentiæ, apud Georg. Marescottum, 1583, in 4.

De Metallicis, lib. tres. Noribergæ, apud Conr. Agricolam, 1602, in 4.

Quæstionum medicarum lib. duo. De Medicamentorum facultatibus lib. duo. Extant cum Quæstionibus Peripateticis, & Peripatetica Dæmonum investigatione. Venetiis, apud Iuntas, 1593, in 4.

ANDREAS CAMUTIUS

Excussio brevis præcipui morbi, nempe Cordis palpitationis Maximiliani II Cæsaris invictissimi, simul ac aliorum aliquot virorum illustrium præter naturam affectuum. Florentiæ, apud Georg. Marescotum, 1578, in 8.

ANDREAS CHIOCCUS, *Veronensis*

Quæstionum Philosophicarum, & Medicarum lib. tres. Veronæ, apud Hieron. Discipulum, 1593, in 4. Editi apud Societat. Venetam, 1604, in 4.

Psoricon, seu de Scabie libri duo; in quibus de contagii natura, sydérum vi, & Thermis Calderianis agitur, carmine ab auctore conscripti. Veronæ, apud Hier. Discipulum, 1593, in 4.

Commentarius quæstionum quarundam de febre mali moris, & de morbis epidemicis. Item, Disputatio de sectione venæ in obstructione ab humorum qualitate. Venetiis, apud Societatem, 1604, in 4.

De Collegii Veronensis illustribus Medicis, & Philosophis, qui vel scribendo, vel publice profitendo Collegium, Patriam, & bonas literas illustrarunt, ex quorum moribus, & institutis, præceptisve perfecta optimi Medici Idea colligi potest. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1623, in 4.

Benedicti Ceruti Musæum descripsit, & perfecit.

ANDREAS CHRISTIANUS, *Ripensis*

Enchiridion medicum de cognoscendis curandisque externis, & internis humani corporis morbis: ex Vict. Trincavellii prælectionibus de compositione medicamentorum, atque morbis particularibus confectum. Basileæ, apud Oporinum, 1583, in 8: apud Ludov. Köning, 1607, in 8. cui accessit Tractatus de Febribus, decerptus ex ejusdem Victoris Trincavellii prælectionibus ac commentariis super Galenum de Differentiis febrium & librum primum Curativæ ad Glauconem, opera Ioh. Friderici Werdenbergii.

ANDREAS CORVUS

Chiromantia. Extat cum Barth. Coclitis Physiognomiæ Compendio. Argentorati, 1533, in 8.

ANDREAS COMMINTIUS

De Acidulis Schwalbacensibus Epistola extat cum Responsis Medicis,

dicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 76.

ANDREAS DVDITHIVS, *ab Horecoviza*

Epistolæ variæ & insignes Medicæ extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

ANDREAS ELLINGERVS

Hippocratis Aphorismorum, id est, Selectarum maximeque ratarum Sententiarum Paraphrasis Poëtica Francof. apud Andr. Wechelum, 1579, in 8. Accedunt Cornelii Celsi aliquot Aphorismorum Hippocratis conversio latina. Morborum, & Symptomatum in Aphorismis Index. Oratio in Aphorismos Hippocratis.

Hippocratis Prognosticorum Paraphrasis Poëtica. Cum Corn. Celsi aliquot Hipp. Prognosticor. versione latina. Ibidem, apud eundem, anno, formaque iisdem.

Consilia quædam Medica extant eo in opere quod Ioannes Wittichius collegit & edidit Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1604, in 4.

ANDREAS GABRIELLVS, *Senogaliensis*

De Peste opus perutile ac præsidio locupletissimorum auctorum roboratum. Bononiæ, apud Peregrinum Bonardum, 1577, in 4.

ANDREAS GALLVS, *Tridentinus*

Fascis de Peste, Peripneumonia pestilentiali, cum sputo sanguinis, febre pestilentiali, ac de quibusdam symptomatis, in quinque fasciculos digestus. Brixiæ, apud Ioa. Bapt. Bozalam, 1565, in fol.

De Peste. Francof. apud Ioa. Saurium, 1606, in 8.

Homo afflictus & jacens; in quem Astra, elementa, meteora, impressionesque meteorologicæ; quales sunt: Aër corruptus, Aquæ subterraneæ, &c. quinetiam ipsiusmet proprii corporis humores vitiati, conspirant, mugiunt, sæviunt, funestamque important Pestem. Divino prævio auxilio, atque gratia, sublevatur, venenumque Pestis atrocissimum præcavetur, curatur, eradicatur, variaque ejus symptomata resecantur. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1608, in 8.

Consilia Medica extant eo in opere Consiliorum, quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

ANDREAS GRATIOLVS, *Salodianus*

Avicennæ liber primus de Vniversalibus medicæ scientiæ præceptis, interpretatione, & Scholiis Hippocratis ac Galeni præcipua loca commonstrantibus illustratus. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1580, in 4.

ANDREAS GRVTINIVS

Solus Philosophus, sive novæ medicinæ, & chymicæ compendiosa refutatio lib. II comprehensa. Patavii, apud Petr. Marinellum, 1591, in 4.

ANDREAS HILDEBRAND

De generatione calculi, de Cornu cervino, de Hæmorrhagia, de Gutta gamandra Epistolæ, extant cum Gregorii Horstii Observat. medicinal. singular. lib. IV priorib. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 421.

Euangelistæ Quatrammi, De Præservatione & Curatione Pestis, ex Italico latinum fecit.

ANDREAS KNEVFELIVS, *Budissinæ-Lusatus*

Epistola de Podagra curata. Amstelædami, apud Ioh. Blaeu, 1643, in 12.

ANDREAS KRAGIVS, *Ripensis*

Laurea Apollinea Monspeliensis: contexta & conserta quæstionibus difficilimis XIII: Problematibus paradoxis variis LXVI: Consultatione & curatione morborum II: Orationibus IX: Prælectionibus II. Basileæ, apud Sebast. Henric-Petrum, 1587, in 4.

ANDREAS KRVGIVS

Epistolæ Medicæ extant cum Cista Medica Ioan. Hornungi, editâ Norimbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

ANDREAS LACVNA, *Secobiensis, Medicus præstantissimus Venetus. Vixit A. C. 1554. Iustus in Chronol. Medic.*

Epitome Galeni Pergameni Operum, in quatuor partes digesta, pulcherrima methodo universam illius viri doctrinam complectens. Adjectis Galeni vita, & de Ponderibus ac mensuris libello. Basileæ, apud Isingrinum, 1551, in fol. Argentorati, apud Zetznerum, 1609, in fol. Lugduni, apud Guilielmum Rovillium, 1553, in 16, IV voll.

Epitome omnium rerum & sententiarum, quæ annotatu dignæ in Commentariis Galeni in Hippocratem extant, in Elenchum minime pœnitendum digesta. Cui accessere nonnulla Galeni Enantiomata summo studio collecta. Lugduni, apud Guiliel. Rovillium, 1554, in 8.

Galeni de Antidotis Epitome. Extat cum Ægidii Everarti, de Herba Panacea commentariolo. Antverpiæ, apud Ioan. Bellerum, 1587, in 16.

Anatomica methodus, seu de sectione humani corporis contemplatio, in compendium atque adeo enchiridion redactà: ubi quidquid boni succulentive probatissimi quiquę philosophorum de ea scripserunt, appositissime congestum reperias. Parisiis, apud Ludov. Cyaneum, 1535, in 8.

Annotationes in Dioscoridem Anazarbeum, juxta vetustissimorum codicum fidem elaboratæ. Lugduni, apud Rovillium, 1555, in 16.

Ex Commentariis Geoponicis, sive de Re rustica, olim Divo Constantino Cæsari adscriptis, octo ultimi libri, sed qui primis dignitate antecellunt, utpote in quibus miro quodam ordine & artificio, animalium fere omnium naturæ, moresque & modi quibus ea educari conveniat, accuratissime exaggerantur: nunc demum ad fidem vetustissimorum codicum ex Græcis Latini facti. Accedunt etiam eis quædam castigationes in translationem eorundem librorum, per Ianum Cornarium editam. Coloniæ, apud Ioannem Aquensem, 1543, in 8.

Epistola Apologetica ad Cornarium. Lugduni, apud Rovillium, 1554, in 8.

Compendium curationis præcautionisque morbi passim populariterque grassantis: hoc est, vera & exquisita ratio noscendæ, præcavendæ, atque propulsandæ febris pestilentialis. Argentorati, apud Rihelium, 1542, in 8.

Methodus cognoscendi, extirpandique excrescentes in vesicæ collo caruncula. Romæ, apud Valer. & Aloisium Doricos, 1551, in 8.

Victus ratio, Scholasticis pauperibus paratu facilis, & salubris. Adjectus quoque est libellus de Victus, & exercitiorum ratione maxime in senectute observanda. Coloniæ, apud Henricum Mameranum, 1550, in 8.

De Articulari morbo Commentarius. Cui accessit, Tragopodagra Luciani,

Luciani, juxta fidem exemplarium Græcorum in Latinam linguam conversa. Romæ, apud Valerium & Aloysium Doricos, 1551, in 8.

ANDREAS LAVRENTIVS, *Henrici IV. Regis Archiater. Floruit A. C. 1599. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.*

Historia Anatomica Humani corporis, & singularum ejus partium, multis controversiis, & observationibus notis illustrata. Parisiis, apud Iannetum Mettayer, 1600, in reg. fol. Franc. apud fratres Bryanos, 1600, in fol. apud Nicol. Hoffmanum, 1615, in 8. apud Casparum Rotelium, 1627, in 8.

Operum tomus alter. Continens scripta Therapeutica decem, nimirum Tractatum de Crisibus: Mirabili strumas sanandi vi: Nobilitate visus, ejusque conservandi ratione: Melancholia, lib. duobus absolutum: Senectute: Morbo Articulari: Lepra: Lue Venerea. Ejusdem Annotationes in Artem Parvam Galeni: & Consilia Medica. Francof. apud Guil. Fitzerum, 1621, in fol.

De Crisibus libri tres. Adjecta est universalis quædam Methodus ad prognosin, & crises omnium morborum, sed præcipue acutorum conferens. Francof. apud Palthenium, 1596, in 8. apud Nicolaum Hoffmanum, 1606, in 8.

ANDREAS LEMNIVS

Epistola, quæ urinæ studium, & ex ea morborum prævidentiam, ut quæ sit aptior servandæ sanitati, commendat. Præfixa est Actuarii de Vrinis libris.

ANDREAS LIBAVIVS, *Halo-Saxo*

Opera Chymica. VII. Volum. edita Francof. 1606, in fol.

De Crisibus. Excusa quoque Franc. apud Ioh. Rhodium, 1606, in 8.

Alchymia recognita, emendata, & aucta, tum dogmatibus & experimentis nonnullis, tum Commentario Medico Physico: qui exornatus est variorum Instrumentorum Chymicorum picturis; partim aliunde translatis, partim plane novis in gratiam eorum, qui arcanorum naturalium cupidi, ea absque involucris elementarium & ænigmaticarum sordium, intueri gaudent. Præmissa defensione artis, opposita Censuræ Parisianæ. Francof. apud Petrum Kopffium, 1606, in fol.

Commentariorum Alchemiæ Pars secunda, continens tractatus quosdam singulares (scilicet, I, Epitomen metallicam, qua metallorum natura declaratur, ad opus Chymicum necessariam. II, Dialogum de Mercurio Philosophorum. III, De Azotho, & aqua permanente. IV, De Lapide Philosophorum. V, Artem probandi, duobus libris comprehensam. VI, Tractatum de judicio aquarum mineralium, in tres libros distributum.) ad illustrationem eorum potissimum, quæ libro secundo Alchemiæ habentur difficiliora laboriosioraque, quæque plurium simul artium adminiculo indigent, & veluti ex multis constituta, peculiarium scientiarum dignitatem & nomen meretur. Ibidem, eodem anno, forma eadem.

Syntagma selectorum undiquaque & perspicue traditorum Alchemiæ Arcanorum. Pro III parte Commentariorum chymiæ hactenus desideratorum, insertis passim Scholiis, & commentationibus ipsis, ad penitissima hujus Philosophiæ, & Medicinæ ducentibus, conscriptum, & in

in IIX libros digeſtum. Francof. apud Petrum Kopffium, 1611, in fol.

Syntagmatis Arcanorum Chymicorum, ex optimis Autoribus ſcriptis, impreſſis, experientiaque artifice collectorum, Tomus ſecundus. In quem congeſta ſunt partim nova, eaque penitiora Spagyrorum ſecreta, partim prioris tomi nonnulla explicatius tradita, & inter ea etiam ænigmata Quercetani, aliorumque Hermeticorum non pauca ſtudioſe inveſtigata, declarata, & judicata. Ibidem, apud eundem, 1613, in fol.

Appendix neceſſaria Syntagmatis Arcanorum Chymicorum, in qua præter Arcanorum nonnullorum expoſitionem, & illuſtrationem, quorundam item Medicorum Hermeticorum, & myſticorum deſcriptionem, continentur defenſiones geminæ, primum eorum, quæ ab Henningo Scheunemanno, & juniore Gramano ſunt impugnata; poſtea quæ in transmutatoria metallorum à Nicolao Guiberto, Lotharingo, M. D. quibus fieri potuit viribus, ſunt attentata. Acceſſerunt I, Iudicium breve de Dea Hippocratis, ſeu Hygeia (argentipara) Henningi Scheunemanni, quam nuper excogitavit, & commentariis noſtris valde fugitivam, deſerta cauſa fixorum iſtorum quæ volaticis Galenicis oppoſuit infeliciter. II, Schema Medicinæ Hippocraticæ, & Hermeticæ ſimul, cujus rudimentum doctis cenſendum committitur, ut poſtea elaborari poſſit. III, Examen Philoſophiæ Magicæ Crollii. IV, Cenſura Philoſophiæ Vitalis Ioannis Hartmanni Marpurgici Profeſſoris. V, Admonitio de Regulis novæ Rotæ, ſeu Harmonicæ Sphæræ Fratrum de Societate Roſeæ Crucis juxta Famæ editæ indicem. Ibidem, apud eundem, 1615, in fol.

Examen Philoſophiæ novæ, quæ veteri abrogandæ opponitur: in quo agitur de modo diſcendi novo: De Veterum Auctoritate: De Magia Paracelſi ex Crollio: De Philoſophia vivente ex Severino per Iohannem Hartmannum: De Philoſophia Harmonica Magica Fraternitatis de Roſea Cruce. Ibidem, anno formaque iiſdem.

Neoparacelſica. In quibus vetus Medicina defenditur adverſus περιεργίας tum Georgii Amwald, cujus liber de Panacea excutitur; doceturque quid ſit Panacea, quomodo paretur, & quæ ejus vires: tum Iohannis Gramani, olim Theologi, nunc Pſeudo-Chymici: qui omnes Medicos acerbiſſima charta eſt inſectatus. Servata vera veræ Chymiæ laude. Francof. apud Petrum Kopffium, 1594, in 8.

Anatome Tractatus Neoparacelſici, de Pharmaco cathartico, ſcripti adverſus Galenicos veteris veræque Medicinæ Profeſſores. In qua viciſſim oſtenditur vanitas & odioſa Neoparacelſi calumnia, & detergetur veræ Medicinæ macula. Ibidem, 1594, in 8.

Tractatus duo Phyſici; prior de Impoſtoria vulnerum per unguentum armarium ſanatione Paracelſicis uſitata commendataque. Poſterior, de Cruentatione Cadaverum injuſta cæde factorum, præſente, qui occidiſſe creditur. His acceſſit Epiſtola de Examine Panaceæ Amwaldinæ, quo apertiſſimæ luci proſtituitur, ut quiſque judicare poſſit, qua arte hactenus Amwaldus ſit uſus. Ibidem, apud Ioa. Saur. 1594, in 8.

Rerum Chymicarum Epiſtolica forma ad Philoſophos & Medicos quoſdam in Germania Excellentes deſcriptarum, liber primus. In quo tum rerum quarundam naturalium continentur explicationes ingenioſæ: tum Chymiæ diſciplina pyronomica, ſceuaſtica, & vocabularia cum quibuſdam

busdam inter arcana habitis declarantur fideliter. Francof. apud eundem, 1595, in 8.

Rerum Chymicarum Epistolica forma ad Medicos præstantes Germaniæ conscriptarum, liber secundus. Continens Operationes Chymicas artificum præceptis, naturæ documentis & experientia declaratas, additis de physicis quibusdam & aurificio problematis jucundis: ad docendum discendumque facilime Chymiam utiliter comparatus. Ibidem, eodem anno, & forma.

Epistolarum Chymicarum liber tertius, ad præstantes quosdam Germaniæ Philosophos & Medicos, de variis artis Chymicæ magisteriis, in usum & oblectamentum eorum, qui de naturæ,& artis arcanis,rationibusque disserere & cognoscere aliquanto exactius cupiunt, conscriptus editusque. Ibid. 1599, in 8.

Singularium Pars prima. In qua de abstrusioribus, difficilioribusque nonnullis in Philosophia, Medicina, Chymia, &c. quæstionibus, utpote de Metallorum, Succinique natura: de carne fossili, ut credita est, de gestatione cacodæmonum; veneno, aliisque rarioribus plurimis accurate disseritur. Ibidem, 1599, in 8.

Singularium Pars secunda. Multa scitu jucunda, ac necessaria continens, nempe de natura cœlestium, de cometis, melle, sympathiis & antipathiis, sanguinis hausti mirandis effectibus, dentium, & cognatorum generatione, noctambulis, nyctoblepis, vagitu uterino, agno schytico, zoophytis, bestiarum intellectu, bombycum historia, sericique & cognatorum, utpote amianthi, asbesti, byssi, &c. controversiis. Ibidem, 1599, in 8.

Singularium Pars tertia. Continens octo libros Bituminum & affinium, historice,physice,chymice,cum controversiis difficilimis,expositorum judicatorumque. Nunc primum in lucem edita, in gloriam Creatoris, & usum multiplicem variæ sapientiæ studiosorum, & inprimis de Petroleis, Ambra, Halosantho, Succino, Gagate, Asphalto, Pissasphalto, Mumia, Terra Ampelitide, Toruenis, Lithanthrace, Lapide fissili, Lyncurio, Dactylo Idæo, Ebore fossili, Ebeno fossili,& aliis pluribus cognatis audire nova desiderantium. Ibidem, 1601, in 8.

Singularium Pars quarta & ultima, continens Historiam & investigationem fontis medicati ad Tubarim sub Rotemburgo: Libros Batrachiorum duos de natura, usu, & Chymia ranarum utriusque generis: Sectiones duas historiæ & confutationis Panaceæ, violentia Amwaldi iterum extortæ, & non tantum re gesta & rationibus, sed & experimentis infelicis curæ penitus confectæ: & tandem de Æthiopibus & Seribus duplicibus tractatiunculam: omnia ita elaborata, & jucundis, minimeque vulgaribus quæstionibus accurate explicatis exornata, ut ad philosophandum & medendum non parva rerum copia legentibus offeratur. Ibidem, 1601, in 8.

Novus de Medicina Veterum tam Hippocratica, quam Hermetica tractatus. In cujus priore parte Dogmata pleraque inter utriusque Professores recentes controversa, adversus ultimum per Ios. Michelium Paracelsistarum conatum discutiuntur; In posteriore universale Alchymistarum, autoribus Lullio, & Arnoldo, quam liquidissime exponitur.

Aspersa

Aſperſa ſunt paſſim Peripateticorum dogmata nonnulla, & à corruptelis vindicata. Ibidem, 1599, in 8.

Variarum Controverſiarum, earumque etiam ſubtiliorum, inter noſtri temporis Philoſophos & Medicos, Peripateticos, Ramæos, Hippocraticos, Paracelſicos, &c. in Scholis, & alias à Sophiſtis agitatarum libri duo Schediaſtici. Ibidem, 1600, in 8.

Praxis Alchymiæ, hoc eſt, Doctrina de artificioſa præparatione præcipuorum medicamentorum Chymicorum, duobus libris explicata: quorum primus de Deſtillatione aquarum & oleorum: de Salium & Extractorum, Quintarum Eſſentiarum, Aquarum Vitæ, Florum, & Balſamorum, &c. confectione: ab autore Anonymo, propria experientia conſcriptus eſt: alter de Lapide Philoſophorum agit: in quo ut recte is comparandus ſit, remotis omnibus figuris & parabolis, dilucide docetur. Vterque correctus, & declaratus. Nunc ex Germanico idiomate in Latinum traductus. Annexus eſt Libellus Iacobi Beſſoni de abſoluta ratione extrahendi olea & aquas, à medicamentis ſimplicibus, &c. Ibidem, 1604, in 8.

Defenſio & declaratio perſpicua Alchymiæ tranſmutatoriæ, oppoſita Nicolai Guiberti Lotharingi Ph. Med. expugnationi virili: & Gaſtonis Clavei Iuriſconſulti Nivernatis Apologiæ, contra Eraſtum male ſartæ & pravæ. Ita concinnata ut facile pateat etiam vulgaribus Phyſicis Alchymiam ex veræ Sapientiæ, atque adeo etiam Ariſtotelici peripati principiis & fundamentis extructam eſſe, & ſibi perpetuo conſtare, naturæ & artis experimentis, quorum ſecretiora nonnulla in aperta luce ponuntur. Ibidem, 1604, in 8.

Alchymia triumphans de injuſta in ſe Collegii Galenici ſpurii in Academia Pariſienſi Cenſura: & Ioannis Riolani maniographia, falſi convicta, & funditus everſa. Opus Hermeticum, vere didacticum, (ne ἱερατικὸν ſaltem putetur) ſolida explicans Chymiatriæ Hippocraticæ fundamenta: De Quinta eſſentia, magno perfectoque Lapidis magiſterio, principiis, extractis, oleis, aquis, ſalibus, elixyribus, &c. diligenter elaboratum. Ibidem, 1607, in 8.

Antigramania ſecunda, ſupplemento abſurditatum & convitiorum in Galeni artem & profeſſores ejus à Iohanne Gramano Chymico Paracelſico effuſorum, oppoſita. Francof. apud Petrum Kopffium, 1595, in 8.

De Vniverſitate, & originibus rerum conditarum contemplatio ſingularis Theologica, & Philoſophica, juxta hiſtoriam Hexaëmeri Moſaici in Geneſi propoſitam inſtituta, & in VII Libros diſtributa. Ibidem, 1610, in 4.

Epiſtolæ variæ medicæ & Conſilia extant cum Ciſta Medica Ioan. Hornungi. Norimbergæ, apud Simon. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Theriacæ compoſitione: De Malitioſa Scarificatione: De fœtore puellæ ſingulari Epiſtolæ, extant cum Gregorii Horſtii Obſerv. Medic. ſingul. lib. IV poſterioribus. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628.

ANDREAS de LVCHIS, *Neapolitanus*

Diſputatio de Metallo ex Lapide, ex tertio & quarto libro Meteororum Ariſtotelis. Ingolſtadii, apud Davidem Sartorium, 1581, in 8.

AN-

ANDREAS MARCOLINVS FANESTER

Fallopii: De Thermalibus Aquis, præfixa Epiſtola, qua utilitas, docendi modus, & totius rei, quæ in hoc ipſo opere continetur, ſumma, breviter explicatur; publici juris fecit.

ANDREAS MARINVS

Commentarii in Meſuem extant cum operibus ejuſdem. Venetiis, apud Vincentium Valgriſium, 1575, in fol.

Expoſitio Latina *Andr. Baccii* de cornu Monocerotis. Venetiis, 1566, in 4.

ANDREAS ORDONNEZ

Compendium perutile de ſanguinis miſſione. Neapoli, apud Lazar. Scorriggium, 1623, in 4.

ANDREAS PLANERVS, *Atheſinus*

De Methodo medendi liber unus. In quo habet Lector luculentum præclariſſimi & longe utiliſſimi capitis octogeſiminoni Artis parvæ Galeni commentarium, non tantum veræ Medicinæ, ſed etiam naturalis Philoſophiæ ſtudioſis utilem, & jucundum cognitu. Baſileæ, apud Sebaſt. Henric-Petri, 1583, in 8.

De Methodo medendi liber ſecundus. In quo habet Lector luculentum præclariſſimorum & longe utiliſſimorum Artis parvæ Galeni, 23, 24, 95, 96, 97, & 98 capitum: quibus ratio curandi morbos Organicos traditur, commentarium. Ibidem, 1585, in 8.

Methodus inveſtigandi locos affectos, conſcripta & propoſita in Academia Tubingenſi. Tubingæ, apud Gruppenbachium, 1579, in 4.

Orationes tres. Quarum prima continet explicationem definitionis artis medicæ, quæ eſt apud Platonem in Dialogo, qui inſcribitur Sympoſium, ſive De Amore. Altera utilitatem & ſummam libelli Galeni, qui inſcribitur Ars parva, ſeu ars medicinalis, recenſet. Tertia eſt de Arte dialectica & Organo Ariſtotelis. Tubingæ, apud Gruppenbachium, 1579, in 4.

IX. Epistola super Alchimia ad regem Neapolitanum.
X. Rogerius Bachò Anglus de mirabili potestate artis & naturæ.

Volumen tertium continet Lullii, aliorumque scripta quædam, majori ex parte hactenus non edita.

Sunt autem:

I. Lullii ultimum testamentum.
II. Elucidatio testamenti totius ad R. Odoardum.
III. Potestas divitiarum, cum optimâ expositione testamenti Hermetis.
IV. Compendium artis Magicæ, quoad compositionem lapidis.
V. De lapide & oleo Philosophorũ.
VI. Modus accipiendi aurum potabile.
VII. Compendium alchemiæ, & naturalis philosophiæ.
VIII. Lapidarium.
IX. Alberti Magni secretorum tractatus.
X. Abbreviatio quædam de secretis secretorum Ioannis Pauperum.
XI. Arnaldi quæstiones de arte transmutationis metallorum.
XII. Testamentum.

Harmoniæ imperscrutabilis chymico-philosophicæ decas prima, collecta & edita ab Hermanno Condeesyano. Francof. apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

Harmoniæ imperscrutabilis chymico-philosophicæ decas secunda, collecta & edita à Ioanne Rhenano. Francof. apud Conradum Eifridum, 1625, in 8.

Ars Chemia, quod sit licita recte exercentibus, probationes doctissimorum Iurisconsultorum. Septem tractatus seu capitula Hermetis Trismegisti, aurei. ejusdem Tabula smaragdina, in ipsius sepulcro inventa, cum commento Hortulani philosophi. Studium Consilii conjugii de massa solis & lunæ. Argentorati, apud Samuelem Emmelium, 1567, in 8.

Novum lumen chemicum, è naturæ fonte, & manuali experientia depromptum, & in duodecim tractatus divisum. Cui accessit I, Dialogus Mercurii, Alchymistæ, & Naturæ perquam utilis. II, Tyrocinium chymicum Ioannis Beguini. Coloniæ, apud Ioan. Boetzerum, 1617, in 16. Regiomonti, apud Clementem Bergerum, 1614, in 12: cum Philippi Mulleri Miraculis & Mysteriis chymico-medicis. Parisiis, apud Renatum Ruellium, 1608, in 12. Wittebergæ, 1623, in 12.

De Alchimia dialogi duo. Quorum prior genuinam librorum Gebri sententiam, de industria ab autore celatam ex figurato sermone involutam detegit, & certis argumentis probat. Alter, Raymundi Lullii Majoricani mysteria in lucem perducit. Quibus præmittuntur Propositiones centum viginti novem, idem argumentum compendiosa brevitate complecten-

plectentes. Lugduni, apud Godofr. & Marcellum Beringos, 1548, in 8.

AVTORES MEDICI INCERTI.

Artisella Hippocratis. Emendatum per Franc. Argillagnes de Valentia. Venetiis, apud Herm. Lichtensteyn, 1483, in fol.

Continentur heic

Isagoge Iohannitii ad Techin Galieni. pag. 1.
Liber Pulsuum Philareti. pag. 4.
Liber Vrinarum Theophili. pag. 5.
Liber Aphorismorum, cum commentis Galieni, & Versione Constantini Aphricani montis Cassianensis Monachi. pag. 9.
Prognosticon Hippocratis, cum commentis Galieni. pag. 47.
De Regimine acutorum morborum Hippocr. pag. 76.
Epidemia Hippocr. (est autem liber VI) cum Commentariis Ioh. Alexandrini. pag. 120.
Liber Hippocratis, de Natura puerorum, vel de Natura Fœtus, aut de Natura Embryonis: Idem enim sunt. pag. 149.
Galieni Techin, cum Commento Haly Rodoham. pag. 151.
Liber Hipp. de Lege. } p. 211.
Hippocratis Iusjurandum. } p. 211.

Galeni Sententia de nupero Botallianorum invento. Patavii, 1640, in 4.

Galeni & Botalli Placita de Via Sanguinis in Corde. Venetiis, 1640, in 4.

Sententia Apollinis, super aliorum Sententias de facili reperta Via. Venet. 1640, in 4.

Methodus curandorum Morborum Mathematica. Francof. apud Wilh. Richter. 1613, in 4.

Catalogus Plantarum Horti Medici Oxoniensis. Oxon. 1648.

Pharmacopæa Lillensis. 1640, in 4.

Examen discursus Cechini Martinelti de Amomo & Calamo aromatico Italorum cum utriusque Figura. Mantuæ, 1605, in 4.

Apologia pro Hippocratis & Galeni Medicina contra Quercetanum. Accessit Censura Scholæ Parisiensis. Parisiis, 1604, in 12.

Antidotarium Bononiense. Bononiæ, apud Ioannem Rossium, 1574, in 4. Ibidem apud V. Benacium, 1615, in 4.

Antidotarium Romanum, seu Modus componendi medicamenta, quæ sunt in usu: opus Pharmacopolis, Medicisque non minus utile quam necessarium. Venetiis, apud Ioannem Martinellum, 1585, 1590, in 12. Francof. 1624, in 8.

Antidotarium Florentinum, sive de exacta componendorum miscendorumque medicamentorum ratione libri tres, omnibus Pharmacopœis longe utilissimi, ex Græcorum, Arabum, & recentiorum Medicorum scriptis maxima cura & diligentia collecti. Nunc vero primum ex Italico sermone Latini facti à Carolo Clusio. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1561, in 8.

Codex medicamentarius seu Pharmacopœa Parisiensis. Ex mandato facultatis Medicinæ Parisiensis in lucem edita M. Philippo Harduino de S. Iacques Decano. Lutetiæ Parisiorum, apud Olivarium de Varennes, 1638, in 4.

Anti-

Antidotarium Mantuanum à Medicis Mantuanis ex multis Auctoribus collectum, castigatum, digestum, cujus prima sectione Descriptiones compositorum medicamentorum, quæ publico usui sunt, continentur: secunda simplicia quædam medicamenta declarantur, & nonnulla quæ ad parandi modum attinent. Venetiis, apud Vincentium Valgrisium, 1559, in 8.

Antidotarium Gandavense. Gandavi, 1656, in 4.

Antidotarium speciale sacræ domus hospitalis nobilis urbis Messanæ, sub titulo S. Mariæ Pietatis. Venetiis, apud Iuntas, 1642, in 4.

Catalogus Medicamentorum simplicium, compositorum, chymicorum, officinæ Butnerianæ in Republica Gorlicensi. Cum taxatione & legibus. Gorlicii, 1629, in 4.

Pharmacopœa Augustana, Hippocratica & Hermetica mantissa locupletata. Augustæ Vind. apud Georgium Willerum, 1601, in fol. apud Wolfgang. Kilium, 1643, in 8.

Pharmacopœa Bruxellensis. Bruxellæ, apud Ioh. Mommartium, 1641, in 4.

Pharmacopœa Amstelredamensis, Senatus Auctoritate munita. Amstelredami, apud Guil. & Ioannem Blaeu, 1636, in 4, & 24. apud Ioan. Ianssonium, 1636, in 12. iterumque apud Blaeu, 1639, 1643, 1650, in 24. recognita. Huic operi concipiendo è Collegio Medicorum delecti & deputati primum fuerunt DD. Nicolaus Tulpius, Scabinus, Senator, & Anatomicus urbis patriæ; Egbertus Bodæus; Augerius Clutius; Robertus vander Houven; Ægidius Snoeckius; Iohannes Antonides vander Linden; Franciscus de Vicq, Medicinæ Doctores; Rembertus Fontanus, & Iohannes à Commerstein, Pharmacopœi.

Pharmacopœa, seu de usitatorum medicamentorum componendorum ratione liber, Collegii Medicorum Bergomensium opera nunc primum in lucem editus. Bergomi, 1580, in 4.

Pharmacopœa Londinensis, in qua medicamenta antiqua & nova usitatissima, sedulo collecta, accuratissime examinata, quotidiana experientia confirmata describuntur. Opera Medicorum Collegii Londinensis, ex Sereniss. Regis Mandato. Londini, 1619, apud Ioannem Mariottum, 1632, in fol.

Pharmacopœa Lugdunensis. Lugduni, apud viduam Thomæ Soubron, 1628, 1640, in 4.

Pharmacopœa Tholosana. Tholosæ, 1648, in 4.

Enchiridion, Dispensatorium vulgo vocant, compositorum ab antiquioribus junioribusque Archiatris medicamentorum, nunc primum & natum & editum. Lugduni, apud Thomam Bartoldum, 1561, in 16.

Sylva medicamentorum compositorum, quæ usus quotidianus exigit, tyronibus artis medicæ accommodata, è Bibliotheca Philippi Scherbii. Lipsiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1617, in 8.

Penuarium Hermetico-Galenicum, quo tam Simplicia, quam Præparata certis classibus exhibentur. Francof. apud Io. Gotfr. Schönwetterum, 1654, in 4.

Deliramenta hæmophobi. Lutetiæ, apud Rob. Stephanum, 1627, in 8.

Brevis elucubratio de his morbis, quibus corpora humana infestari,

ſtari, corrumpique ſolita ſunt. Venetiis, apud Gabr. Iolitum, 1553, in 8.

Pharmacopœa Vltrajectina, Senatus auctoritate edita & munita. Trajecti ad Rhenum, apud Gisbertum à Zyll & Theod. ab Ackersdyck, 1656, in 12.

Diſpenſatorium Vſuale pro Pharmacopœis Colonienſibus. Coloniæ, 1565, in 8.

Miſocapnus ſeu de abuſu Tabaci. Vltrajecti, 1644, in 12.

Schola Salernitana, cum Enarrationibus Arnoldi Noviocomenſis & Ioannis Curionis. Antwerpiæ, 1557, in 12. Coloniæ, 1606, in f. patenti.

De medicamentorum ſimplicium gradibus & compoſitionibus opus novum & phyſicum partim & medicum, partim etiam chymicum. Tiguri, 1572, in 8.

Antiſophiſta pro Leoniceno. Bononiæ, apud Hieron. de Benedictis, 1519, in 4.

Speculum medicorum, ex Bibliotheca Bredenbergenſi jam recenter depromtum. Extat cum Henrici Rantzovii editione duorum librorum Macri de Virtutibus herbarum, &c. Lipſiæ, apud Ioan. Steinmannum, 1590, in 8.

Theatrum Floræ. In quo ex toto orbe ſelecti mirabiles, venuſtiores, ac præcipui flores tanquam ab ipſius Deæ ſinu proferuntur. Lutetiæ, apud Nicolaum de Mathoniere, 1622, in fol.

Catalogus Plantarum circa Cantabrigiam naſcentium. In quo exhibentur, quotquot hactenus inventæ ſunt, quæ vel ſponte proveniunt, vel in agris ſeruntur; una cum Synonymis ſelectioribus; locis natalibus & obſervationibus oppido raris. Adjiciuntur in gratiam tironum, Index Anglico-Latinus, Index locorum, Etymologia nominum, & Explicatio quorumdam terminorum. Cantabrigiæ, apud Ioh. Field, 1660, in 8.

Iſagoge Anatomica. Græce. Cum interpretatione Excellentiſſ. Philoſophi ac Med. Petri Laurembergii. Nunc primum edita auſpiciis Ioachimi Morſii. Lugduni Batav. apud Elzevirios, 1618, in 4.

Vniverſæ medicinæ Synopſis in tabulas quatuor methodice collecta, nunc denuo recognita & emendata. Item, ſex Galeni libri de Morborum & Symptomatum differentiis & cauſis, ac de ſanguinis miſſione unus, in tabulas ſeptem digeſti, & Morborum peculiarium nuncupationes: Oculique exacta anatome, atque earumdem quæ eumdem afficere poſſunt, paſſionum enumeratio, tribus peculiaribus tabulis expreſſa. Vna cum tabula quadam alia Anatomica ex Gabriele Cuneo his in fine annexa: Vicetiæ, apud Paulum Mejettum, 1595, in fol.

De Pulſibus libellus ex Galeni libris collectus, ac veluti in formulam redactus, in candidatorum rei medicæ commoditatem. Extat in Enchiridio rei medicæ triplicis, à Conrado Geſnero collecto, editoque Tiguri, apud Andr. Geſnerum, 1555, in 8.

Enchiridion practicum medico-chirurgicum, ſive de internorum externorumque morborum Curatione, breves, ſed accurati tractatus duo: I, Incerti, at magni autoris opus poſthumum. II, Antonii Chalmetei Manuale chirurgicum, &c. Aurelianæ, apud Petrum de la Rouiere, 1626, in 8. Lugduni 1627, in 8. Genevæ, apud Petrum & Iac. Chouet, 1644, in 8.

Praxis medicinæ, quovis illuſtriori inſcribenda titulo ad communem uſum totius fere Europæ, in gratiam eorum qui ſe à theorice ad practicam conferunt. Huic acceſſerunt cognata quædam alia ac propemodum neceſſaria. Corn. Celſi particula ex ſecundo de natura & proprietate cujuſque rei, qua veſcimur. Liber de Vrinis ex optimis autoribus. Dioclis Epiſtola ad Antiochum Regem ex ſecundo Pauli de præcognoſcendis ægritudinibus, hiſque impediendis, ne veniant: de tuenda valetudine: de regimine vitæ per anni tempora. Venetiis, apud Mapheum Pasinium, 1545, in 8.

De Latinis & Græcis nominibus arborum, fruticum, herbarum, piſcium & avium, liber: ex Ariſtotele, Theophraſto, Dioſcoride, Galeno, Nicandro, Athenæo, Oppiano, Æliano, Plinio, Hermolao Barbaro, & Ioanne Ruellio: cum Gallica eorum nominum appellatione. Lugduni, apud Theobaldum Paganum, 1548, in 16.

De naturæ aliquot arcanis, ſympathiis & antipathiis, inſignibuſque medicamentis libelli duo aurei. Boſphori, apud Chriſtoph. Iuſtinum, 1622, in 12.

AVTORES MEDICI VARII:

De Balneis omnia quæ extant apud Græcos, Latinos, & Arabas, tam medicos, quam quoſcunque cæterarum artium probatos ſcriptores: qui vel integris libris, vel quoque alio modo hanc materiam tractaverunt: nuper hinc inde accurate conquiſita & excerpta, atque in unum tandem volumen redacta. In quo aquarum ac thermarum omnium, quæ in toto fere orbe terrarum ſunt, metallorum item, & reliquorum mineralium naturæ, vires, atque uſus exquiſitiſſime explicantur. Venetiis, apud Iuntas, 1553, in fol. Quem autem quiſque Autorum locum in hoc volumine obtineant, in cujuſque nomine indicabimus.

De Febribus opus ſane aureum, non magis utile, quam rei Medicæ profitentibus neceſſarium: in quo trium ſectarum clariſſimi medici habentur, qui de hac re egerunt; nempe Græci, Arabes, atque Latini. Venetiis, apud Gratioſum Perchacinum, 1576, in fol. Qui vero hoc opere contineantur in ſingulis notabimus.

Medici antiqui omnes, qui Latinis literis diverſorum morborum genera & remedia perſecuti ſunt, undique conquiſiti, & uno volumine comprehenſi, ut eorum qui ſe medicinæ ſtudio dediderunt, commodo conſulatur. Venetiis, apud Aldi filios, 1547, in fol.

Autorum nomina & ordo hoc in opere contentorum. A. Cornel. Celſi Artium liber ſextus, idem Medicinæ liber primus. pag. 1.

Quinti Sereni Medicina. pag. 65. verſ.

Trotulæ curandarum ægritudinum muliebrium, ante, in, & poſt Partum, liber unicus.

Iani Cornarii Epiſtola de Hippocraticæ Medicinæ dignitate. pag. 81. Præfixa Marcelli operibus.

Marcelli Epiſtola ad Filios, quæ de menſuris & ponderibus medicinalibus. pag. 83, verſ.

Largii Deſignatiani Epiſtolæ ex Hippocratis Latine datæ. p. 84, 85.

Plinii ſecundi Epiſtola de Medicina. pag. 85, verſ.

Cornelii Celſi Epiſtola, ad Iul. Calliſtum. pag. 85, verſ. & 86, verſ. Repetitur hæc pag. 142, ſub nomine Scribonii Largi.

Ejuſdem

Ejusdem Epistola alia ad Pullium Natalem. pag. 86, vers.
Vindiciani Comitis Archiatrorum Epistola ad Valentinianum Imperatorem.
Marcellus de Medicamentis. pag. 87, vers.
Scribonii Largi de compositione Medicamentorum liber. p. 142.
Sorani Ephesii in Artem medendi Isagoge saluberrima. pag. 159.
C. Plinii Secundi de Re medica libri V. pag. 164.
L. Apuleji Madaurensis, de herbarum virtutibus historia, quam Chironi Centauro, & Æscula-pio acceptam retulit. p. 211. vers.
Antonii Musæ, *aut* Apuleji libellus de Betonica. pag. 222, vers.
Æmilius Macer de herbarum virtutibus, cum Ioannis Atrotiani Commentariis. p. 223, vers.
Strabi Galli, Hortulus. pag. 247.
Cœlii Aureliani, Siccensis Chronicon. lib. v. pag. 249.
Theodori Prisciani lib. I. qui Logicus dicitur. pag. 291. lib. II, de Oxyoris seu Acutis Passionibus. pag. 298, vers. lib. III. de Passionibus Mulierum, & curis earundem. pag. 308, vers. lib. IV. de Physica scientia. p. 310, vers.

Medicæ artis principes post Hippocratem & Galenum. Græci Latinitate donati: Aretæus, Ruffus Ephesius, Oribasius, Paulus Ægineta, Aëtius, Alex. Trallianus, Actuarius, Nicolaus Myrepsus. Latini: Cornelius Celsus, Scribonius Largus, Marcellus Empiricus, aliique præterea, quorum unius nomen ignoratur. Hippocratis aliquot loci cum Cornelii Celsi interpretatione. Excudit Henricus Stephanus, 1567, in fol. 2 voll.

Medici antiqui Græci, Aretæus, Palladius, Ruffus, Theophilus, à Iulio Paulo Crasso Latinitate donati. Basileæ, 1585, in 4.

De Natura viribus & usu aquarum medicatarum in agro Cassellano denuo patefactarum, ab aulæ Cassellanæ Medicis conscriptus libellus. Cassellis, 1609, in 4.

Disputationum Medicarum in Academia Tubingensi superiore tempore habitarum decas prima, studio & labore Ioannis Rudolphi Camerarii in unum volumen redacta. Tubingæ, 1611, in 8.

Opuscula Illustrium Medicorum de dosibus seu de justa quantitate & proportione Medicamentorum. Apud Ioan. Marescallum, 1584, in 8.

De Re medica volumen, cui insunt, Sorani Ephesii Peripatetici in Artem medendi Isagoge. D. Oribasii Sardiani fragmentum de Victus ratione quolibet anni tempore utili. C. Plinii Secundi de Re medica libri v, accuratius recogniti, & (nothis ac pseudepigraphis semotis) ab innumeris mendarum millibus fide vetustissimi codicis repurgati. L. Apuleji Madaurensis, de Herbarum virtutibus vere aurea & salutaris historia. Accessit his vice coronidis, libellus utilissimus de Betonica, quem quidem Ant. Musæ, nonnulli L. Apulejo adscribendum autumant. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1528, in fol. apud Ioan. Oporinum, 1549, in fol.

Insignium Medicorum volumen: in quo continentur: Ioan. Serapionis Arabis, de simplicibus medicinis opus præclarum & ingens.

Averrois Arabis, de eisdem liber eximius.

Razis filii Zachariæ, de eisdem opusculum perutile.

Incerti item Autoris, de Centaureo, libellus hactenus Galeno inscriptus.

Dictio-

Dictionum Arabicarum juxta atque Latinarum Index valde necessarius. In quorum emendata excusione, ne quid omnino desideraretur, Othonis Brunsfelsii singulari fide & diligentia cautum est. Argentorati, apud Georgium Vlricher Andlanum, 1531, in fol.

De Morbo Gallico omnia quæ extant apud omnes Medicos cujusque nationis, qui vel integris libris, vel quoquo alio modo hujus affectus curationem aut etiam empirice tradiderunt, diligenter hinc inde conquisita, sparsim inventa, erroribus expurgata, & in unum tandem corpus redacta. In quo de Ligno Indico, Salsa Parillia, Radice Chynæ, Argento vivo, cæterisque rebus omnibus ad hujus luis profligationem inventis, diffusissima tractatio habetur. Tomus prior. Venetiis, apud Iordanum Zilettum, 1566, in fol. cum Appendice ad priorem tomum.

De Morbo Gallico tomus posterior, in quem Medicorum omnium celebrium universa monumenta, ad hujus morbi cognitionem, & curationem attinentia, quæ hucusque haberi potuerunt, nunquam aliàs impressa, nunc primum conjecta sunt, Ibidem, 1567, in fol. Quo singuli autores loco in hoc volumine sint reperiendi, sub cujusque scriptis significabimus.

Morbi Gallici curandi ratio exquisitissima, à variis iisdemque peritissimis Medicis conscripta: nempe Petro Andrea Matthiolo Senensi: Ioanne Almenar Hispano: Nicolao Massa Veneto: Nicolao Poll: Benedicto de Victoriis Faventino. His accessit Angeli Bolognini de Vlcerum exteriorum medela opusculum. Ejusdem de Vnguenti ad cujusvis generis maligna ulcera conficiendis lucubratio. Basileæ, apud Ioannem Bebelium, 1536, in 4.

Gynæciorum, sive de Mulierum tum communibus, tum Gravidarum, Parientium, & Puerperarum affectibus & morbis, libri veterum & recentiorum aliquot, partim nunc primum editi, partim multo quam antea castigatiores. Basileæ, apud Thom. Guarinum, 1566, in 4. Iidem, additis aliorum, quotquot extant, de iisdem, libris, denuo recogniti, emendati, necessariis imaginibus exornati, & optimorum scriptorum auctoritatibus illustrati, opera & studio Israëlis Spachii Argentinensis. Argentinæ, apud Laz. Zetznerum, 1597, in fol.

Series Auctorum.

Felicis Plateri de Mulierum partibus generationi dicatis Tabulæ iconibus illustratæ, structuram usumque explicantes. Additis Observationibus & Curationibus aliquot harum partium affectarum.

Moschionis de Passionibus Mulierum lib. Græcus, Conradi Gesneri opera emendatus, & per Casparum Wolphium in lucem editus.

Cleopatræ, Moschionis, Prisciani, & Incerti cujusdam Muliebrium libri, superfluis ac repetitis omnibus recisis, in unam Harmoniam redacti, per Casp. Wolphium.

Trotulæ, sive potius Erotis Medici liberti Iuliæ liber: qui etiam ad ornatum quædam, & alia varia continet.

Nicolai Rochei, Galli, de Morbis mulierum curandis liber, partim ex veterum monumentis, partim experientia propria confectus.

Ludovici Bonacioli Ferrariensis, Enneas muliebris.

Responsa medica de probatione, facultate & usu acidularum ac fontium Schwalbaci susurrantium, à celeberrimis aliquot Medicis scripta. Francof. apud Matthæum Merian, 1631, in 4.

Ars Chirurgica. Guidonis Cauliaci Lucubrationes Chirurgicæ, ab infinitis probe mendis emendatæ: ac Instrumentorum Chirurgicorum formis, quæ in aliis impressionibus desiderabantur, exornatæ. Bruni præterea, Theodorici, Rolandi, Lanfranci & Bertapaliæ Chirurgiæ, maxima nunc diligentia recognitæ. His accesserunt Rogerii ac Gulielmi Saliceti Chirurgiæ: quarum quibusdam decorata Adnotationibus, nunc primum in lucem exit: altera ex vetustorum exemplarium lectione innumeris fere in locis est aucta, an in integrum restituta. Venetiis apud Iuntas, 1546, in fol.

De Chirurgia scriptores optimi quique veteres & recentiores, plerique in Germania antehac non editi, nunc primum in unum conjuncti volumen opera Conradi Gesneri. Tiguri, apud Andr. & Iacobum Gesnerum fratres, 1555, in fol.

Thesaurus Chirurgiæ, continens præstantissimorum autorum, utpote

Ambrosii Paræi Parisiensis,	Iacobi Dondi,
Ioannis Tagaultii Ambiani Vimaci,	Gaspari Gesneri observationes:
Iacobi Hollerii Stempani,	Barthol. Maggius,
Mariani Sancti Barolitani,	Ioan. Langius,
Angeli Bolognini,	Galenus de Fasciis,
Michaëlis Angeli Blondi,	Oribasius de Laqueis,
Alphonsi Ferri Neapolitani,	Examen Leprosorum Incerti, &

Guilielmi Fabricii Hildani Opera Chirurgica, in quibus non solum perfectissima tumores præter naturam, vulnera, ulcera, luxationes & fracturas ratio curandi; verum etiam Humani corporis singularumque partium exactissima anatome; Curationes item multorum aliorum affectuum, raræ observationes & varia medicamenta ad chirurgiam pertinentia demonstratur. Antehac quidem disjunctim edita; nunc vero in unum collecta & ab omnibus mendis repurgata, per Petrum Uffenbachium. Francof. apud Iacobum Fischerum, 1610, in fol.

Chirurgia militaris, exhibens I, Antonii Chalmetei Vergesaci Enchiridium chirurgicum, morborum externorum remedia tam universalia, quam particularia brevissime complectens. II, Matthiæ Narvatii Aragonensis Sylvam sententiarum ad chirurgiam pertinentium ex libris magni Hippocratis desumptam. III, Iacobi Auberti Vindonis de Signis morborum libellum. IV, Nicolai Abrahami Frambesarii Canones chirurgicos. Quibus accessit Guilhelmi Fabricii Hildani Cista militaris, hoc est, Designatio præcipuorum medicamentorum instrumentorumque, quibus rationalem medicum & chirurgum castrensem instructum esse convenit, in classes viginti distributa. Basileæ, apud Ioan. Iacobum Genathium, 1634, in 8.

De Sclopetorum Vulnerum natura & curatione, Bartholomæi Maggii, Iohannis Franc. Rotæ, Alfonsi, Ferri, & Leonhardi Bartalli. Venetiis, 1566.

Consilia Variorum de Arthritidis Præservatione & Curatione, collecta ab Henrico Garetio. Francof. 1592, in 8.

Epistolæ

Epistolæ & judicia aliquot Medicorum de Tabaco. Vltrajecti, 1644, in 12.

De Arthritidis præservatione & curatione clarorum nostræ ætatis Medicorum consilia, ab Henrico Garetio collecta. Francofurti, 1592, in 8.

Synopsis Commentariorum de Peste. Autoribus Hieronymo Donzellino, Ioanne Philippo Ingrassia, Cæsare Rincio, Ioachimo Camerario. Noribergæ, apud Catharinam Gerlachiam, 1583, in 8.

Continentur autem hac Synopsi:

Commentarius de Peste Hieronymi Donzellini Veronensis, conversus ex Italico sermone in Latinum à Ioachimo Camerario.

Brevis methodus curandi pestiferum contagium, quod A. C. MDLXXV, & LXXVI Panormum Metropolin Siciliæ invasit: conversa ab eodem ex Italico libro Ioannis Philippi Ingrassiæ.

Disputatio de Peste Mediolanensi, quæ anno C. MDLXXVII urbem afflixit, Cæsaris Rincii.

De recta & necessaria ratione præservandi à Pestis contagio tam imminente, quam exoriente loca quælibet brevis meditatio Ioachimi Camerarii. Constitutiones, leges, & edicta quædam, tempore pestis anno MDLXXVI publice Venetiis, & alibi proposita, breviter in Latinam linguam conversa, eodem autore.

De Bolo Armenia, & Terra Lemnia observationes ejusdem.

Consilia medica celeberrimorum quorundam Germaniæ Medicorum. Collecta & partim etiam ex idiomate Germanico conversa, opera & studio Ioannis Philippi Brendelii Schaicensis. Francof. apud Zachariam Palthenium, 1615, in 4.

Consilia medicinalia, cùm mixtim præstantissimorum Italiæ Medicorum, tum seorsim Antonii Mariæ Venusti Tergestinorum Med. De gravissimis humani corporis malis curandis. Quibus accessere Iulii Cæsaris Claudini Bononiensis breves tractatus varii. Collecta, digesta, polita, ac edita omnia à Iosepho Lautenbachio. Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4.

Consiliorum medicinalium, conscriptorum à præstantiss. atque exercitatissimis nostrorum temporum Medicis liber singularis, collectus & editus à Laurentio Scholzio à Rosenauw Vratislaviensi. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1598, in fol.

Epistolarum philosophicarum, medicinalium, ac chymicarum à summis nostræ ætatis Philosophis ac Medicis exaratarum Volumen, ab eodem editum ibidem, apud eosdem, anno & forma iisdem.

Dispensatorium Galeno-Chymicum continens I, Ioannis Renodæi Institutionum Pharmaceuticarum lib. V: De materia medica lib. III: Antidotarium. II, Iosephi Quercetani Pharmacopœam Dogmaticorum restitutam, per Petrum Vffenbachium, revisum & locupletatum. Francof. apud Ioan. Theobaldum Schönwetterum, 1631, in 4.

De Dosibus, seu de justa quantitate & proportione medicamentorum, Opuscula illustrium Medicorum, Matthæi Curtii, Benedicti Victorii, Bartholomæi Montagnanæ, Gentilis Fulginatis, Thomæ de Garbo, Alkindi, Guil. Rondeletii, Petri Gorræi. Venetiis, apud Paulum Mejettum,

jettum, 1579, in 8. Lugduni, apud Ioan. Mareschallum, 1584, in 8. Argentorati, in 8.

Novæ Academiæ Florentinæ opuscula adversus Avicennam & Medicos neotericos, qui Galeni disciplina neglecta barbaros colunt. Et sunt, Dialogus qui. Barbaromastix seu Medicus dicitur. Petri Francisci Pauli Medici Galenici adversus Avicennam de venæsectione tractatus. Leonardi Giacchini adversus Mesuem, & vulgares Medicos omnes tractatus. Venetiis, apud Lucam Antonium Iuntam, 1533, in 4. Lugduni, 1534, in 8.

Duæ quæstiones medicæ; altera, utrum in lienis affectibus secanda sit vena, quæ est ad annularem digitum sinistræ manus; ab excellentiss. viris Iosepho Valdanio, Hieronymo Feroldo, Aloisio Mundella, & Bartholomæo Gajone tractata. Altera, utrum in morborum initiis solum cum materia turget, purgantibus medicamentis uti liceat, ab excellentiss. viro Victore Trincavellio explicata. Patavii, apud Petrum Antonium Alciatum, 1567, in 8.

Epistolæ veterum Græcorum; nempe, Hippocratis, Democriti, Heracliti, Diogenis, Cratetis, Phalaridis, Bruti, aliorumque ad eosdem: editæ Græce ac simul Latine per Eilhardum Lubinum. Francof. apud Commelinum, 1609, in 8.

Epistolæ medicinales diversorum Autorum, Ioannis Manardi, Nicolai Massæ, Aloisii Mundellæ, Ioannis Baptistæ Theodosii, Ioannis Largi. Cum Indicibus duobus: quorum prior Epistolarum argumenta: posterior rerum ac vocum toto opere memorabilium elenchum continet. Lugduni, apud Hæredes Iac. Iuntæ, 1557, in fol.

Ἱερακοσόφιον. Rei accipitrariæ Scriptores nunc primum editi. Accessit Κυνοσόφιον, liber de Cura canum. Ex bibliotheca regia Medicea. Lutetiæ, apud Sebastianum Cramoisy, 1612, in 4.

De Podagræ laudibus doctorum hominum lusus. I, Bilibaldi Pirckheymeri. II, Luciani Tragœdia. III, Christophori Balistæ. Argentorati, apud Iosiam Rihelium, 1570, in 8.

Enchiridion, cui insunt: N. Bertrutii Lombardi, In medicinam practicam introductio prima. Ioa. Michaëlis Savonarolæ Patavini, In med. pract. introd. secunda. Artificium componendi medicamina Bartholomæi de Montagnana, introductio tertia. Argentorati, apud Ioan. Albertum, 1533, in 24.

AYMARUS FALCONEUS

De Secretis agri liber. Lutetiæ, apud Frider. Morellum, 1560, in 8.

B.

BACCIUS BALDINIUS

In librum Hippocratis de Aquis, Aëre, & Locis Commentaria. Ejusdem Tractatus de Cucumeribus. Florentiæ, apud Barthol. Sermartellium, 1586, in 4.

BALDUS ANGELUS ABBATIUS, *Eugubinus*

De Admirabili Viperæ natura, & de mirificis ejus facultatibus liber. Vrbini, 1591, in 4. Noribergæ, apud Sebast. Heusserum, 1603, in 4.

Opus

Opus præclarum Concertationum discussarum, de Rebus, Verbis, & Sententiis controversis, ex omnibus fere scriptoribus lib. xv. Pisauri, 1595, in 4.

BALDVS BALDIVS, *Florentinus*

Prælectio de Contagione pestifera. Romæ, apud Guilhelm. Facciottum, 1631, in 4.

Disquisitio Iatro-Physica ad textum 23 lib. Hippocr. de Aëre, Aquis, & Locis. Num in eo legi debeat χολωδέστατον, an θολωδέστατον, id est, biliosissimum vel turbidissimum, in qua de calculorum caussis, ac de aquis Tiberis bonitate strictim disseritur, & quæstio de majori nunc, quam præterito seculo, calculosorum in urbe frequentia elucidatur. Romæ, apud Ludov. Grignanum, 1637, in 4.

De loco affecto in Pleuritide disceptationes. Ac Renati Moreau de eadem re Epistola exegesica. Parisiis, apud Sebast. Cramoisy, 1640, in 8. Romæ, apud Franc. Caballum, 1643, in 8.

BALDOVINVS, *Sabodiensis*

Ars memoriæ, carmine cum glossis. Parisiis, in 4.

BALDVINVS RONSSEVS, *Candensis*

Opuscula Medica. I, Epistolæ Medicinales. II, De Morbis Muliebribus. III, De Venatione Medica. IV, De Scorbuto. Accesserunt quidam aliorum celebrium Medicorum de Scorbuto tractatus. Lugd. Batav. apud Ioh. Maire, 1618, in 8.

Miscellanea, seu Epistolæ Medicinales. Lugd. Batav. apud Franc. Raphelengium, 1590, in 8.

De Hominis primordiis, hystericisque affectibus, & infantilibus aliquot morbis Centones. Lovanii, apud Ant. Morian, 1559, in 8. Lugd. Batav. apud eundem, 1594, in 8.

De magnis Hippocratis Lienibus, Pliniique Stomacace, ac Sceletyrbe, seu vulgo dicto Scorbuto libellus. Antverpiæ, apud Vid. Mart. Nutii, 1564, in 8. & cum Dan. Sennerti de Scorbuto tractatu. Witeb. 1584, apud Zach. Schurerum, 1624, in 8.

Venatio medica, continens remedia ad omnes à capite ad calcem usque morbos. Lugd. Batav. apud Franciscum Raphelengium, 1589, in 8.

Enarrationes in septem posteriores libros Aur. Corn. Celsi de Re medica libros. Vna cum Hier. Thriveri Brachelii in primum ejusdem Commentariis. Lugd. Batav. apud Franc. Raphelengium, 1592, in 4.

In Cheiromantiam brevis Isagoge. Extat cum Tricassi Cerasariensis Enarratione Chiromantiæ. Norib. apud Ioan. Montanum & Vlricum Neuberum, 1560, in 4.

BALTHASAR BRVNNERVS

Consilia medica, summo studio collecta & revisa à Laurentio Hofmanno. Halæ-Saxonum, apud Petrum Fabrum, 1617, in 4.

De Scorbuto tractatus duo. Extant cum Severini Eugaleni de Scorbuto tractatu. Ienæ, apud Barthol. Voigt, 1624, in 8.

BALTHASAR CONRADINVS, *Swacensis*

De Febris Vngaricæ ejusque symptomatum curatione liber. In quo etiam affinium morborum selecta remedia extant. E Germanica in Latinam

nam linguam conversus à Iacobo Sutero Passaviensi. Passaviæ, apud Matthæum Nemmingerum, 1595, in 8.

BALTHASAR EISLINGERVS

De Peste curanda liber, in 4. loco & tempore impressionis non expressis.

BALTHASAR FABRICIVS

Opusculum Physiologum & Medicum, librisque tribus distinctum; tractans accurate primo corporis humani temperamenta, deinde compendiose sex res non naturales, Medicis ita dictas. Cui ob materiæ cognationem accessit appendicis loco Tractatiuncula de literatorum tuenda, & restituenda valetudine. Amstelodami, apud Paul. Arn. à Ravesteyn, 1629, in 8.

BALTHASAR HAN

Epistola ad Dan. Sennertum, miram veneficii historiam exhibens. Extat cum lib. VI Practicæ Medicinæ ejusdem Sennerti.

BALTHASAR ab HERDEN

Epistolæ quædam Medicæ extant cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

BALTHASAR KISWETTER

Barthol. Schönbornii Dialogum de Peste publicavit.

BALTHASAR du DVVAL

De Pestis curatione liber. Parisiis, apud Claudium de Montrœil, 1583, in 8.

BALTHASAR PISANELLVS.

De Esculentorum potulentorumque facultatibus liber unus, Italice scriptus, & Latine conversus ab Arnoldo Freitagio. Herbornæ, apud Christoph. Corvinum, 1593, in 8. Genevæ, apud Phil. Alberti, in 16.

BALTHASAR KLEIN

Epistola de ligno in Armenium lapidem converso, habetur lib. III Epistol. Matthioli, pag. 406.

BALTHASAR SCHEIDERVS

Consilia & Epistola insignis Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. Hanov. 1610, in fol.

BALTHASAR SCHVLTZIVS, *Vratislaviensis*

Synopsis Historiæ naturalis de mundo. Item de Homine, Witeb. 1606, in 12.

Consilium Medicum, pro curanda valetudine. Witeb. apud Clementem Bergerum, 1606, in 12.

Synopsis universæ Medicinæ, XII Disputationibus exhibita, in Academ. Witebergensi. Lipsiæ apud Grossium, 1602, in 8.

BALTHASAR SIMON, *Smalcaldianus*

De Ογκολογίᾳ φυσικωτέρῃ Disputatio. Extat Decade VI Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iacobus Genathius, 1622, in 4.

BAPTISTA CODRONCHIVS, *Imolensis Medicus*

De Christiana & tuta medendi ratione libri duo, varia doctrina referti. Cum tractatu de Baccis Orientalibus, & Antimonio. Ferrariæ, 1591, in 4. Bononiæ, apud Clementem Ferronium, 1629, in 4.

De

De Morbis Veneficis, ac Veneficiis libri IV. In quibus non solum certis rationibus veneficia dari demonstratur; sed eorum species, causæ, signa, & effectus nova methodo aperiuntur, & de eorum curatione & præservatione pertractatur: veraque, nova, & experta remedia proponuntur. Venetiis, apud Franc. de Franciscis, 1595, in 8. Mediolani, 1618, in 8.

De vitiis Vocis libri duo: in quibus traditur definitio vocis, illius differentiæ, instrumenta, & causæ aperiuntur. Vltimo, de conservatione, præservatione, ac vitiorum ejus curatione. Opus ad utilitatem concionatorum præcipue editum. Francof. apud hæred. Andr. Wecheli, 1597, in 8. Cui accedit Consilium de Raucedine, ac Methodus testificandi in quibusdam casibus medicis oblatis, postquam formulæ quædam testationum proponuntur.

De morbis, qui Imolæ, & alibi communiter hoc anno 1602 vagati sunt, Commentariolum: in quo potissimum de Lumbricis tractatur; & de morbo novo Prolapsu scilicet mucronatæ Cartilaginis libellus. Bononiæ, apud Bindonum, & Ioan. Bapt. Bellagambam; & Venetiis, apud Societ. 1603, in 4.

De Annis climactericis: nec non de ratione vitandi eorum pericula, itemque de Modis vitam producendi commentarius. Bononiæ, 1620, in 8. Coloniæ, apud Matth. Smitz, 1623, in 8.

De Rabie, Hydrophobia communiter dicta, libri duo. De Sale Absinthii libellus. De iis, qui aqua immerguntur, opusculum: & de Elleboro commentarius. Francof. apud Nicol. Basseum, 1610, in 8. & apud Matthiam Beckerum, 1610, in 8.

BAPTISTA EGNATIVS

Aurelium Cornelium Celsum edidit, cum emendationibus. Venetiis, apud Aldum, 1524, in fol.

BAPTISTA FIERA, *Mantuanus*

Commentaria in Artem medicinalem definitivam Galeni. Ejusdem Quæstio de Virtute movente pulsum. Ejusdem Quæstio de Phlegmatico & Bilioso æqualiter febrientibus. Ejusdem Tractatus de Intensione & Remissione. Cum aliis quibusdam Philosophicis. Mantuæ, 1515, in fol. Venetiis, 1548, in fol.

Cœna: de Herbarum virtutibus, & ea medicæ artis parte, quæ in Victus ratione consistit. Extat cum Eobani Hessi libello de tuenda valetudine, & comment. Placotomi ad eundem. Fraucof. apud Egenolphum, 1564, in 8.

Quæstio de attractione Medicinarum solutivarum. Extat cum ejusdem opusculo de Animæ Immortalitate, contra Pomponatium Mantuanum. Venetiis, apud Franc. Bindonum, 1524, in fol.

BAPTISTA PLATINA

De honesta voluptate, de ratione victus, de natura rerum, & arte loquendi, libri decem. Venetiis, apud Ioan. Tacuinum de Trino, 1517, in 4. Coloniæ, apud Eucharium Cervicornum, 1529, 1537, in 8.

BARTHOLOMÆVS ACCVRSINVS, *Consignanensis*

Tractatuum & Cousultationum Medicinalium tomus prior, in quo præter multa, quæ in tractatibus à nemine hactenus ex professo examina

ta, habentur; in paucis etiam consultationibus generosiorum præsidiorum materierum formulæ, quæ omnibus pene morbis inservire possunt, continentur. Ravennæ, apud Petrum de Paulis, 1622, in 4.

BARTHOLOMÆVS ALBANVS

De Balneis oppidi Bergomatis Transcheri. Extat cum aliis ejusdem argumenti. Bergomi, 1582, in 4.

BARTHOLOMÆVS AMBROSINVS

Vlyssis Aldrovandi de Quadrupedibus digitatis vivi- & ovi- paris collegit & edidit.

BARTHOLOMÆVS ANGLICVS

De Proprietatibus Rerum lib. XVIII. Argentinæ, 1491, in fol. Norimb. 1519, in fol. Francof. apud Wolfg. Richterum, 1601, in 8. Huic accessit lib. XIX. De variarum rerum accidentibus, Georgio Bartholdo Pontano procurante.

BARTHOLOMÆVS BAVSNERVS, *Saxo-Transylvanus*

De Consensu Partium Humani corporis, libri III. In quibus ea omnia, quæ ad quamque actionem, quoquomodo in homine concurrunt, recensentur, actionum modus, ut & consensus ratio explicatur, adeoque universa Hominis œconomia traditur. Amsteld. apud Ioan. Ravensteynium, 1656, in 8.

BARTHOLOMÆVS BONACVRSIVS, *Bononiensis*

De Humano Sero seu de Vrinis liber. Bononiæ, apud Ioan. Bapt. Ferronium, 1650, in 4. De malis externis opusculum. Bon. 1656, in 4.

BARTHOLOMÆVS BVRCHELATVS

Charitas, sive convivium dialogicum septem physicorum. In quo quidem apparatus, ritus, ordines, cibaria, potus, utensilia, & id genus plurima ex antiquorum promptuariis apposita elucidantur. Additis in id quæstionibus convivantium. Tarvisii, apud Aurel. Reghettum, 1593, in 4.

BARTHOLOMÆVS CABROLIVS

Ἀλφάβητον ἀνατομικόν, id est, Anatomes elenchus accuratissimus, omnes humani corporis partes ea, qua solent secari, methodo delineans. Accessere Osteologia, observationesque Medicis ac Chirurgis perutiles. Genevæ, apud Iacobum Chouet, 1604, in 4.

BARTHOLOMÆVS CASTELLVS, *Messanensis*

Totius artis Medicæ, methodo divisiva compendium, & Synopsis; in qua quidquid ab Hippocrate, Galeno, Avicenna, cæterisque summæ autoritatis Doctoribus, ad eandem artem scriptum est, mira dexteritate, facilitate, & studio, acervatim contexitur. Messanæ, apud Petrum Bream, 1597, in 4.

Lexicon Medicum Græco-Latinum. Venetiis, apud Nicol. Polum, 1607, in 8. & opera Emanuelis Stupani auctum. Basileæ, apud Ioan. Iacob. Genathium, 1628, in 8. iterum Venetiis, 1626, in 8. apud Ioan. Bapt. Cestari, 1642, in 8. Auctum tertia sui parte, & ab innumeris, quibus scatebat, mendis repurgatum, opera Adriani Ravenstein. Roterod. 1644, in 8. apud Arnold. Leers, 1657, in 8.

BARTHOLOMÆVS CHRYSÆVS

Epistola Medica ad Abrah. Seyllerum, extat eo in opere quod Laur. Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. p. 84.

BAR-

BARTHOLOMÆVS à CLIVOLO, *Taurinensis*

De balneorum naturalium viribus libri quatuor. Lugduni, apud Matthiam Bonhomme, 1552, in 4.

BARTHOLOMÆVS COCLES, *Bononiensis Medicus, Chirurgus, Distillator, Physiognomista, Chiromanticus, & Geomanticus. Claruit sub Maximiliano Imperatore, & Carolo* VIII, *Galliæ Rege: & Galeatio Sfortia, Pisauriensis Principis Fratre. A. C.* 1500. *VVolfg. Iustus in Chronol. Medicorum. Iuxta Renat. Moreau vixit A. C.* 1440.

Anastasis Chiromantiæ & Physiognomiæ ex pluribus & pene infinitis autoribus. Bononiæ, 1504, in 4. cum earumdem principiis Alexandri Achillini.

Physiognomiæ Compendium, quantum ad partes capitis, gulamque & collum attinet. Cui accedit Andreæ Corvi Chiromantia. Argentorati, 1533, in 8.

BARTHOLOMÆVS EVSTACHIVS, *Sanctoseverinas*

Opuscula Anatomica. Nempe: De Renum structura, officio, & administratione. De auditus organis. Ossium examen. De motu Capitis. De Vena, quæ Ἄζυγος Græcis dicitur; & de alia, quæ in flexu brachii communem profundam producit. De Dentibus. Venetiis, 1563, apud Vincentium Luchinum, 1574, in 4.

Erotiani Græci scriptoris vetustissimi, Vocum, quæ apud Hippocratem sunt, collectio. Cum Annotationibus Barthol. Eustachii. Ejusdemque libellus de Multitudine. Venetiis, apud Luc-Ant. Iuntam, 1566, in 4.

BARTHOLOMÆVS FRITZSCHIVS, *Budissinus*

De Morbis Venenosis proprie sic dictis in genere Disputatio. Extat Decade III Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iacobus Genathius, 1620, in 4.

BARTHOLOMÆVS GAIONVS

Epistola ad Ios. Valdanium de sectione venæ, quæ est ad annularem digitum, sinistræ manus, in lienis affectibus. Patavii, apud Petrum Antonium Alciatum, 1567, in 8.

BARTHOLOMÆVS GALESIVS

Epistola super morbo hoc tempore grassante. Bononiæ, 1630, in 4.

BARTHOLOMÆVS HIEROVIVS

Quæstionum medicinalium Decas prima, continens quæstiones lectu omnino jucundas ac dignas. Francofurti, apud Petrum Fischerum, 1595, in 8.

Methodus chirurgica, docens summa facilitate & brevitate rationem curandi apostemata, vulnera, & ulcera. Ibid. 1595, in 8.

BARTHOLOMÆVS HORN

Vates Medicus Hippocraticus, seu Commentarius in Hippocratis Prognostica. Stralsundi, 1645, in 8.

BARTHOLOMÆVS HVBNERVS, *Erfordiensis*

Oratio de veris immotisque fundamentis artis medicæ & philosophiæ, deque impietate, portentosis, & perniciosis erroribus Phil. Paracelsi, & Sectatorum ejus, quibus Theologiam pariter & Philosophiam, cum Medicina nefarie conspurcarunt. Erphordiæ, apud Ioan. Pistorium, 1593, in 8.

De Morbis incurabilibus liber. Erphordiæ, apud Ioan. Pistorium, 1589, in 4.

BARTHOLOMÆVS KORNDÖRFER

De Tinctura Gemmarum, 1635, in 8.

BARTHOLOMÆVS MAGGIVS, *Bononiensis*

De Sclopetorum & Bombardarum vulnerum curatione liber. Bononiæ, apud Barth. Bonardum, 1552, in 4. & cum Chirurgia, seu de Chirurgia Scriptoribus à Gesnero editis, pag. 243.

BARTHOLOMÆVS à MARANTA, *Venusinus Medicus apprime eruditus. Vixit circa A. C. 1554, VVolfg. Iustus in Chronol. Medicorum.*

Methodi cognoscendorum simplicium medicamentorum libri tres. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1559, in 4.

De Theriaca & Mithridatio libri duo, Italico sermone scripti: in quibus velut in tabula quapiam, vera hæc Antidota componendi ratio, breviter ob oculos ponitur, omniaque Simplicia (quorum in hisce Antidotis conficiendis usus est) solertissime examinantur. Nunc primum opera D. Ioachimi Camerarii Norimbergensis, Latina civitate donati. Francof. apud Egenolphum, 1576, in 8.

De Aquæ, Neapoli in Luculliano, scaturientis, metallica natura ac viribus. Neapoli, apud Matthæum Cancrum, 1559, in 4.

Epistola excusatoria de quibusdam contra Matthiolum editis. Extat lib. IV. Epist. Matth. pag. 462.

Lucullianæ quæstiones. Basileæ, apud Ioh. Oporinum, 1564, in fol.

BARTHOLOMÆVS MAYROLA, *Papiensis*

Compendiosa methodus in acutis Morbis curandis. Papiæ, apud Hier. Bertolum, 1563, in 8.

BARTHOLOMÆVS MERLINGERVS, *Augustanus*

De Infantium morbis, & eorum valetudine tuenda. Extat cum Alb. Magni de Mulierum Secretis lib. Francof. apud Egenolphum, 1531, in 4.

BARTHOLOMÆVS MOLES, *Hispanus*

Speculum Sanitatis, sive de sanitate conservanda liber. Salamanticæ, 1545, in 8.

BARTHOLOM. MONTAGNANA, sive de MONTE GNANA, *Patavinus Medicus & Chirurgus magni nominis, claruit A. C. 1417, VVolfg. Iustus in Chronol. Medicorum. Secundum relationem Moreau de V. S. in Pleuritide, vixit circa annum Christi 1440.*

Selectiorum Operum, in quibus ejusdem Consilia, variique tractatus alii, tum proprii, tum ascititii continentur liber unus, & alter. Accurate, naviter, & sedulo emaculati, revisi, relecti, locupletati, à Petro Uffenbachio. Francof. apud Palthenium, 1604, in fol. & jam ante Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol. apud Gasparem Bindonum, 1565, in fol. Lugduni, apud Iacobum Myt, 1525, in 4.

Continentur autem in his:

I. De Conservanda sanitate.
II. De Regimine transfretantium.
III. De Præservatione corporum debilium in aëre subtili.
IV. Consilia de Ægritudinibus
Cerebri.
Nervorum.
Oculorum.
Aurium.

Na-

Narium.
Oris, & Faciei.
Dentium.
Pectoris, & Pulmonis.
Cordis.
Mammillarum.
Stomachi.
Hepatis.
Splenis.
Ventris inferioris.
Ani.
Renum.
Vesicæ.
Membrorum generationum in Viris.
Membrorum genitalium in Mulieribus.
Apparentibus in extremitatibus membrorum.
Totius, quæ non sunt febres.
Febribus.
Cutis.

Hæc omnia Consilia sequuntur tractatus sequentes:

I. De Balneis.
II. De Modo componendi medicinas, & de dosi earum invenienda.
III. Consilia medicinalia Antonii Cermisoni.
IV. Francisci Caballi Brixiensis liber de Animali thirio.

Seorsim extant:

De Vrinarum judiciis tractatus. Patavii, apud Matth. Cerdonis de Windischgretz, 1487, in 4.

De Balneis tractatus. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 37.

De Compositione & dosi medicamentorum, extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1556, in 8. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Ioh. Mareschallum, 1585, in 8. Venetiis apud Vinc. Valgrisium, 1562, in 8.

BARTHOLOMÆVS MOSERVS

Quadriga Medicinæ Triumphantis, quatuor Tractatibus constans. I, De Origine & progressu Medicinæ. II, De Honoribus & divitiis Medicinæ. III, De Viribus illustribus Medicinæ. IV, De Medicis sanctis eorumque vitis. Coloniæ, 1645, in 12.

BARTHOLOMÆVS PASCHETTVS, *Veronensis*

De Destillatione, Catarrho vulgo dicta, libri tres. In quibus copiosissime, & exactissime de destillatione, fluxione, & catarrho disputatur sequenti ordine. In primo omnia, quæ ad Destillationis exactam Cognitionem pertinent, copiose docentur. In secundo, quæ pro Præservatione ab ipsa Destillatione agenda, præcavendaque sunt longa serie comprehenduntur. In tertio ejusdem Destillationis, sive Catarrhi Curatio cumulate absolvitur. Venetiis, apud Bernardum Iuntam, 1615, in 4.

BARTHOLOMÆVS PERDVLCIS, *Parisiensis*

Vniversa medicina, ex Medicorum Principum sententiis consiliisque collecta, à Renato Charterio primum edita. Parisiis, apud Mathurinum Henault, 1630, in 4. opera G. Sauvageon præter notas in margine, pluribus therapeuticis locis ex Auctoris autographo aucta & ubique emendata. Cui etiam accessit de Morbis animi liber. Parisiis, apud Iohannem Bessin, 1641, in 4.

In Iacobi Sylvii Anatomen, & in Lib. Hippocratis de Natura humana commentarii. Nunc primum prodeunt ex Bibliotheca Gabrielis Naudæi. Parisiis, apud Olivarium de Varennes, 1643, in 4.

BAR-

BARTHOLOMÆVS REVSNERVS, *Lembergius*

Liber primus de Febribus. Vratislaviæ, apud Crispinum Scharffenberg, 1561, in 8.

BARTHOLOMÆVS & PETRVS ROSTINIVS

Sententiarum omnium ac verborum, quæ in divini Hippocr. Aphorismis continentur, in novum ordinem alphabeticumque digestio : ut quævis in ipsis commemorata, nunc facilius & celerius quam antea inveniri queant, ut ita Medicinæ studiosis, majori nimirum quam prius usui futura sint. Venetiis, apud Balthazar. Constantinum, 1555, in 8.

BARTHOLOMÆVS SCHÖNBORNIVS

Dialogus de Peste, ab eo Servestæ, grassante ibidem Peste anno 1582, conscriptus, mense Novembri, & Decembri, & M. Balthasari Kiswettero Dialogistæ donatus, hujusque opera & studio publicatus. Witebergæ, apud Laur. Seuberlin, 1613, in 8.

BARTHOLOMÆVS SILEBER

Præcautio luis Venereæ. Viennæ, 1525, in 4.

BARTHOLOMÆVS SYLVANIVS, *Salonensis*

Galeni Finitiones medicas Latine exposuit.

Item, Introductionis, seu Medici, Versionem Andernaci recognovit.

Item, De atra bile libellum interpretatus est. De substantia facultatum naturalium, fragmentum.

De Constitutione artis Medicæ vertit.

Item, Quod animi mores corporis temperaturam sequantur.

Item, De Plenitudine.

Item, Aliorum aliquot Versiones in Galenum recognovit circa editionem Iuntarum. Venetiis, 1551.

BARTHOLOMÆVS THVRRIANVS, *Genuensis*

Περὶ βυλιατρείας, sive de Medica consultatione libri quatuor. Genuæ, 1605, in 8. Francof. apud Palthenium, 1604, 1606, in 8.

BARTHOLOMÆVS TRAFICCHETVS, *Bertinoensis*

De sanitate conservanda liber. Venetiis, apud Hieronymum Concordia, 1565, in 4. Contra hunc scripsit Matthæus Brunus Italice, hoc titulo: Discorsi di M. Matheo Bruno sopra gli errori fatti del M. Bartholomeo Traffichetti de Bertinozo, nella arte sua di conservar la sanita. Venetiis, 1573, in 4.

BARTHOLOMÆVS VICARIVS

De Ægrotantium optimo assistente, ejusque officio in singulis morbis libri tres. Romæ, apud Georgium Ferrarium, 1591, in 4.

BARTHOLOMÆVS VIOTTVS à CLIVOLO, *Taurinensis*

De Balneorum naturalium viribus libri quatuor. Lugduni, apud Matth. Bonhomme, 1552, in 4. & Operis de Balneis Veneti pag. 247.

BARTHOLOMÆVS VOGTER

De morborum curatione per aquas destillatas. Francof. apud Hermannum Gulferich, 1550, in 4.

BARTHOLOMÆVS ab VRBE VETERI

In Antidotarium Mesue cum declaratione simplicium medicinarum, & solutione multorum dubiorum ac difficilium terminorum opus. Venetiis, apud Bartholomæum de Zanettis, 1543, in fol. Parisiis, apud Frobe-

Frobenium, 1546, in 8. Extat cum Angeli Paleæ Censura in Andidot. Mesuæ. Lugduni, 1550, in 8.

BARTHOLOMÆVS WALTHERVS

Vita clariss. Philosophi, & Medici D. Wolfgangi Meureri, Collegii Medici Decani, & Professoris publici in Academia Lipsiensi. Lipsiæ, apud Abrah. Lamberg. 1588, in 4.

BASILIVS BESLERVS, *Norimbergensis*

Hortus Eystertensis, sive diligens, & accurata omnium Plantarum, florum, stirpium, ex variis orbis terræ partibus, singulari studio collectarum, quæ in celeberrimis viridariis arcem Episcopalem ibidem cingentibus, hoc tempore conspiciuntur, delineatio, & ad vivum repræsentatio. Norimbergæ, impensis Autoris, 1613, in maximo fol. 4 voll.

Fasciculus Rariorum varii generis. Ibid.

BASILIVS VALENTINVS, *Monachus Benedictinus*

Azoth, sive Aureliæ occultæ Philosophorum, materiam primam, & decantatum illum Lapidem Philosophorum filiis Hermetis solide, perspicue, & dilucide explicantes, per Ænigma Philosophicum, Colloquium Parabolicum, Tabulam Smaragdinam Hermetis, Symbola, Parabolas, & Figuras Saturni, M. Georgio Beato interprete. Francof. apud Ioh. Bringerum, 1613, in 4. & volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Opus præclarum ad utrumque. Quod pro Testamento dedit filio suo adoptivo. Extat eadem vol. quarto Theatri Chemici, 1613, in 8.

Practica, una cum XII clavibus, & appendice. Extat cum Tripode aureo à Michaële Majero edito Francof. apud Lucam Iennisium, 1618, in 4.

De Microcosmo, deque magno mundi mysterio & Medicina hominis liber geminus; recens ab Angelo Medico Latinitate donatus cum interpretis Aphorismis Basilianis & præfatione philosophica ad Illustriss. Princ. Dn. August. Anhaltinum. Marpurgi, apud Guolgangum Kezelium, 1609, in 8.

BASSIANVS LANDVS, *Placentinus Discipulus olim Ioh. Baptistæ Montani. Vixit A. C.* 1554, *sub Henrico Estense Ferrariæ Duce* I. *VVolfg. Iustus in Chronol. Medic.*

De humana historia, libri duo. Basileæ, apud Ioan. Oporinum, 1542, in 4. Francof. apud Ioa. Spiessium, & Ioa. Iac. Porsium, 1605, in 8.

De incremento libellus. Venetiis, apud Balthasar. Constantinum, 1556, in 8.

Iatrologia. Dialogi duo: in quibus de Vniversæ artis Medicæ, præcipue vero morborum omnium & cognoscendorum, & curandorum absolutissima methodo differitur. Venetiis, apud eundem, 1557, in 4. Basileæ, apud Ioan. Oporinum, 1543, in 4.

De Origine & causa Pestis Patavinæ, anni 1555. Venetiis, apud Balthasar. Constantinum, 1555, in 8.

Præfatio in Aphorismos Hippocratis. De Vacuatione liber. Extant cum Opusculis de Motu, de Loco, de Tempore. Patavii, apud Sim. Galignanum, 1552, in 8.

Dialogus, qui Barbaro-mastix, seu Medicus inscribitur. Venetiis, apud

apud Lucam Anton. Iuntam, 1533, in 4. cum Novæ Academiæ Florentinæ Opusculis.

BAVERIVS de BAVERIIS

Excerpta de Balneis extant Operis Veneti de Balneis pag. 143.

Consilia. Bononiæ, 1489, in fol.

BELISARIVS AQVIVIVVS, *Neritinorum Dux*

De venatione & Aucupio per accipitres libri duo. Neapoli, 1519, in fol.

BELISARIVS GADALDINVS

Victoris Trincavellii Explanationes in Galeni libros de Differentiis Febrium, primus edidit.

BENEDICTVS

De conservatione sanitatis liber. Romæ, 1490, in 4.

BENEDICTVS ARETIVS

Stoc-hornii & Nessi in Bernatium Helvetiorum ditione Montium, & nascentium in eis Stirpium descriptio. Extat cum Valerii Cordi Annotationibus in Dioscoridem. Tiguri, apud Andream Gesnerum, 1561, in fol.

BENEDICTVS BVSTAMENTE PAZ, *Hispanus*

Methodus in septem Aphorismorum libris ab Hippocrate observata, qua & continuum librorum ordinem, argumenta, & schemata declarat. Venetiis, apud Aldi filios, 1550, in 4. Parisiis, apud Martinum Iuvenem, 1550, in 16.

BENEDICTVS CERVTVS, *Veronensis*

Musæum Franc. Calceolarii Iun. Veronensis inceptum, & ab Andrea Chiocco luculenter descriptum & perfectum. In quo multa ad naturalem, moralemque Philosophiam spectantia, non pauca ad rem medicam pertinentia erudite proponuntur, & explicantur, non sine magna rerum exoticarum supellectile, quæ artifici plane manu in æs incisæ studiosis exhibentur. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1622, in fol.

Epistola Medica extat cum Cista Medica Ioan. Hornungi. Norībergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

BENEDICTVS CVRTIVS, *Symphorianus*

Hortorum libri triginta. In quibus continentur Arborum Historiæ, partim ex probatissimis quibusque auctoribus, partim ex ipsius auctoris observatione collectæ. Lugduni, apud Ioan. Tornæsium, 1560, in fol.

BENEDICTVS FIGVLVS

Auriga benedictus. Spagyricus. Noribergæ, 1609, in 12.

BENEDICTVS MATAMORVS

Disputationes de Febribus. Visaonæ, 1622, in fol.

BENEDICTVS PATINIVS, *Brixianus*

Pro Divo Maximiliano Cæsare semper Augusto de Cordis Palpitatione Consilium, Brixiæ, apud Vincent. Sabium, 1573, in 8.

BENEDICTVS RINIVS, *Venetus Philosophus & Medicus eminentissimus. Floruit sub Iulio* III *Pontifice. VVolfg. Iustus, in Chronol. Medic.*

De Morbo Gallico tractatus. Extat tomo II Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 14.

Avicen-

Avicennæ Liber Canonis, de Medicinis Cordialibus, & Cantica. Editio emendatissima, Venetiis apud Iuntas, 1544, & 1555, in fol.

BENEDICTVS SYLVATICVS

De Lithotomia, seu calculi vesicæ sectione Consultatio. Extat cum lib. IV. Observationum posteriorum Greg. Horstii. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. & cum Ioannis Beverovicii libro de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

Consiliorum & Responsionum medicinalium Centuriæ IV. Quibus rari Casus proponuntur, pluresque difficultates dilucidantur, additis indicibus locupletissimis. Accessit ejusdem Methodus consultandi; cum Privilegio. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1656, in fol.

BENEDICTVS TEXTOR, *Segusianus*

Stirpium differentiæ ex Dioscoride secundum locos communes, opus ad ipsarum plantarum cognitionem admodum conducibile. Lutetiæ, apud Simonem Colinæum, 1534, in 16. Argentorati, apud Wendelinum Rihelium, 1552, in 4. cum Hier. Tragi Opere Botanico.

Ratio præcavendæ & curandæ Pestilentiæ, ac sententia optimorum autorum selecta. Lugduni, apud Ioan. Tornæsium, 1551, in 8.

De Cancro, ejus natura, & curatione liber. Lugduni, apud Ioannem Tornæsium, 1550, in 8.

BENEDICTVS VICTORIVS, *Faventinus Philosophus, & Medicus Bononiensis magni nominis. Floruit circa A. C. 1532, VVolfg. Iustus in Chronol. Medic.*

Empirica Medicina de curandis morbis totius corporis, & febribus: cum exhortatione ad Medicum, recte sancteque medicari cupientem. Venetiis, apud Valgrisium, 1550, & 1554, in 8. huic posteriori editioni Camilli Thomaji Methodus rationalis, & Trotulæ curandarum ægritudinum muliebrium, liber accesserunt. Francof. apud Theobald. Schönwetterum, 1598, & 1626, in 8. cum Dispensatorio chymico, & Lugduni apud Sebast. Honoratum, 1558, in 16.

Practicæ magnæ de morbis curandis ad tyrones tomi duo: quorum primus agit de cura morborum capitis, alter de cura morborum partium spirationi servientium. Venetiis, apud Valgrisium, 1562, in fol. Francof. apud Ioan. Theobaldum, Schönwetterum, 1628, in 8. per Petrum Vffenbachium emaculata, & revisa.

Medicinalia Consilia ad varia morborum genera. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1551, in 4. apud Iordanum Zilettum, 1566, in 8.

De Morbo Gallico liber. Basileæ, apud Ioan. Bebelium, 1536, in 4. cum aliis autoribus de Morbi Gallici curat. exquisitissima. Florentiæ, apud Laurent. Torrentinum, 1551, in 8. Huic annectitur De Curatione Pleuritidis per sanguinis missionem liber ad Hippocratis, & Galeni Scopum. Vltimum, tomo I Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 528, 557.

Compendium de Dosibus medicinarum: Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dosibus, &c. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1550, in 8. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Ioan. Mareschallum, 1584, in 8. Venetiis, apud Vinc. Valgrisium, 1562, in 8.

Commentaria in Hippocratis Aphorismos. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1556, in 4.

In Hippocratis Prognostica Commentarii. Quibus accessit Theoricæ latitudinum medicinæ liber, ad Galeni Scopum in arte medicinali. Florentiæ, apud Laur. Torrentinum, 1551, in fol.

De Pleuritide liber. Venet. 1536, in 4.

BENEVENVTVS BORDONVS, *Patavinus*

Disputatio continens Theoremata Logica, Mathematica, Naturalia, & Medica. Patavii, 1563, in 4.

BENEVENVTVS GRAPHEVS, *de Ierusalem*

Ars probata de Oculorum affectibus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1497, in fol.

BENEVENVTVS GRASSVS

De Oculis, eorumque ægritudinibus, in 4.

BENIAMIN MVSSAPHIA, *alias* DIONYSIVS *dictus*

Sacro-Medicæ sententiæ. Accessit ejusdem de auro potabili epistola: olim presso auctoris nomine in lucem edita. Hamburgi, apud Iacobum Rebenlini, 1640, in 8.

BERNARDVS BERTRANDVS RHEGINVS

Galeni de Humoribus interpretatus est, cum Annotationibus ad marginem, & adjecta ad finem libri Tabella, quæ totius libri summa capita complectitur.

BERNARDVS CARANES

Adversus Valentinos, & alios nostri temporis Medicos, de Ratione mittendi sanguinem, in Febribus putridis lib. III. Barcinonæ, apud Paulum Malum, 1592, in 8. Venetiis, 1595, in 8.

BERNARDVS CÆSIVS, *Mutinensis*

Mineralogia, sive Naturalis Philosophiæ thesauri, in quibus metallicæ concretionis medicatorumque fossilium miracula, terrarum pretium, colorum & pigmentorum apparatus, concretorum Succorum virtus, lapidum atque gemmarum dignitas continentur. Lugduni, apud Iacobum & Petrum Prost, 1636, in fol.

BERNARDVS DESSENNIVS CRONENBVRGIVS, *Coloniensis*

Defensio medicinæ veteris & rationalis, adversus Georgium Phædronem, & Sectas Paracelsi. Item, Purgantium medicamentorum & Pilularum in minore pondere, particularis divisio. Coloniæ, apud Gualtherum Fabricium, 1573, in 4.

De Compositione medicamentorum, hodierno ævo apud Pharmacopolas passim extantium: & quo artificio eadem recte parari queant, cum Simplicium, atque Aromatum (quibus consistunt) expositionibus, ac plerorumque omnium delectu, Libri decem. Francof. apud Chr. Egenolphum, 1555, in fol. Lugduni, apud Gul. Rouillium, 1556, in 8.

De Peste commentarius vere aureus: in quo causæ, signa, præsagia, cum universalia, tum particularia pestilentis contagii dilucide explicantur. Deinde ejusdem præservatio ac curatio summa fide ita docentur, ut à nemine hactenus, simili ratione, & methodo, tradita habeantur. Coloniæ, apud Gualtherum Fabricium, 1564, in 4.

Epistola ad Andr. Matthiolum. Extat lib. II. Epist. Matth. pag. 235.

BERNARDVS GOMESIVS, *Saguntinus*

Diascepsis de sale Physico, Medico, Geniali, & Mystico. Valentiæ,

tiæ, 1572, apud Bindonum, 1603, in fol. & 1579, in 4. Opera Petri Vffenbachii, in Libros IV, & certa capita distinctus, editus est Francof. apud Ioa. Bernerum, 1605, in 8.

BERNARDVS GORDONIVS, *Gallus & Decus Academiæ Montispessulanæ. Floruit A. C. 1305, quo Lilium suum Medicinæ scripsit. VVolfg. Iustus in Chronol. Medic. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.*

Opus, Lilium Medicinæ inscriptum, de Morborum prope omnium curatione, septem particulis distributum, una cum aliquot aliis ejus libellis: videlicet De Indicationibus curandorum morborum. De Victus ratione, & pharmacorum usu in morbis acutis. De Prognosticis tractatus quinque particulis distributus. De Vrinis & Cautelis earum. De Pulsibus. Accesserunt præterea Pharmacorum, quæ hodie in frequenti sunt practicantium usu, aliquot schemata, omnibus medicinam facere volentibus omnino necessaria, per Remaclum Fusch, Limburgensem. Lugduni, apud Gul. Rouillium, 1559, in 8. Parisiis, apud Ponatum le Preux, 1542, in 8. & olim Venetiis, apud Octav. Scotum, 1498, in fol.

De Vrinis tractatus. Ferrariæ, 1487, in fol.

De conservatione Vitæ humanæ, à die Nativitatis usque ad ultimam horam mortis, tractatus, nunc demum editus opera Ioachimi Baudisii. Lipsiæ, apud Ioan. Rhambæ, 1570, in 8. Lugduni, apud Rouillium, 1580, in 8. Adjectis de Phlebotomia, & Floribus diætarum libris.

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febribus, pag. 208.

BERNARDVS LANGWEDELIVS, *Hamburgensis*

Carolus Piso enucleatus, sive Observationes Medicæ Caroli Pisonis, certis conclusionibus Physico-Pathologicis comprehensæ, rationibus firmis illustratæ, & in Epitomen reductæ. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1639, in 12. Hamburgi, apud Zach. Hersel, 1639, in 8.

Hippocratis defensio, contra quoscumque petulcos ejusdem obtrectatores ac calumniatores suscepta. Lugd. Batav. apud Ioa. Maire, 1647, in 12.

Colloquium Romano-Hippocraticum inter Martorium & Pasquinum Patritios Romanos. Ibid. apud eumdem, 1648, in 12.

Thesaurus Hippocraticus, sive Aphorismi Hippocratis in Classes & certos titulos ordine dispositi atque succinctis rationibus illustrati. Hamburgi, apud Zach. Hersel, 1639, in 12.

BERNARDVS G. PENOTVS, *à Portu S. Mariæ Aquitanus*

Tractatus de Denario medico, quo decem medicaminibus, omnibus morbis internis medendi via docetur. Cui plures alii tractatus additi sunt. Bernæ Helvetiorum, apud Ioan. le Preux, 1607, in 4. 1608, in 8.

Quæstiones tres de Corporali Mercurio, An arte ex corporibus perfectis extractus, suo corpori commixtus faciat ad generationem lapidis Physici, sicut est quorundam firma opinio. Ad varias quæstiones responsio. Quinquaginta septem Canones de opere Physico, quibus ars dilucidior fit. Vera Mercurii ex auro extractio cum sua historia. Chrysorrhoas, sive de arte Chemica Dialogus, qui præclarissimas hujus artis actiones, rationi & naturalibus principiis consentaneas esse demonstrat: impostorum vero & sycophantarum somnia & nugas detegit. Extant hæc

omnia Volumine ſecundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

Tractatus varii de vera præparatione & uſu medicamentorum chymicorum. Francof. apud Petr. Fiſcherum, 1594, in 8. Vrſellis, apud Ioa. Rhodium, 1602, in 8. & volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1613, in 8. pag. 654. Baſileæ, apud Lud. Regem, 1616, in 8. His accedunt:

Libellus de Sale Nitro & ejus præparatione, & quomodo in diverſis ægritudinibus adminiſtrari debeat. Item de viribus Auri potabilis, ejuſque phyſica præparatione. Panaceæ vegetabilis deſcriptio: qua radicitus podagra tollitur, variique morbi ſanantur. De Mellis elixire. Item de viribus occulti ſpiritus, Epiſtola. Libellus de Spagyricorum quorundam medicamentorum doſibus & adminiſtratione. Itemque de Oleis quibuſdam & eorum uſu, pluraque alia promiſcua. De variis Tartari præparationibus ejuſque adminiſtratione. De vera Hellebori nigri præparatione. Item Remedium contra Cancrum hactenus non vulgatum. Vltimo, quomodo omni tempore anni Hydromel parari poteſt, vino malvatico æquipollens. Quæſtio, An magia ſit licita.

Tractatus de quarundam herbarum Salibus, & eorum præparatione & varia adminiſtratione. Vrſellis, apud Cornelium Sutorium, 1601, in 8. Exſtat etiam Vol. 1. Theatri Chymici, pag. 694.

Apologia in duas partes diviſa ad Ioſephi Michelii Middelburgenſis Medici ſcriptum, quo Bern. P. à Portu Aquitani ſententiam de pſeudotemporiſtis, in præfatione Dialogi inter Naturam & Filium Philoſophiæ expoſitam turpi inſcitia & calumnia impudenti invertit. Cui ſequentia opuſcula adjecta ſunt: De Phyſici Lapidis materia, & quibus ſignis dignoſcatur. Item de multiplici igne Lapidis. Francof. apud Io. Rhodium, 1600, in 8.

BERNARDVS SCVLTETVS

Conſulta eorum, quæ in curandis Morbis tacita deprehendimus. Coloniæ Agrippinæ, 1651, in fol.

BERNARDVS STIEBERVS

Epiſtolæ quædam medicæ extant cum Ciſta Medica Ioannis Horningi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum, 1625, in 4.

De Calculis in humani corporis diverſis partibus Epiſtola, extat cum Gregorii Horſtii Obſervat. Medicin. ſingul. lib. IV poſteriorib. Vlmæ Suevorum, 1618, in 4.

BERNARDVS SVEVVS

Tractatus de inſpectione vulnerum lethalium & ſanabilium præcipuarum partium corporis humani. Variis cum veterum tum recentiorum Medicorum obſervationibus, exemplis atque controverſiis illuſtratus, non minus Iuriſconſultis, quam Medicis utilis, atque neceſſarius. Marpurgi, apud Caſp. Chemlinum, 1629, in 8.

BERNARDVS SWALVE, *Embdenſis*

Diſquiſitio Therapeutica generalis. Amſtelodami, apud Ægid. Ianſſonium Valckenier, 1657, in 12.

BERNARDVS TREVISANVS

Περὶ χημείας opus hiſtoricum & dogmaticum, ex Gallico in Latinum ſimpli-

simpliciter versum, & nunc primum in lucem editum. Extat cum Io. Franc. Pici libris tribus de Auro. Vrsellis, apud Cornel. Sutorium, 1598, in 8. Francof. apud Conr. Eisridum, 1625, in 8.

De Chymico miraculo, quod Lapidem Philosophiæ appellant. Dionysius Zacharius Gallus de eodem. Autoritatibus variis Principum hujus artis, Democriti, Gebri, Lullii, Villanovani, confirmati & illustrati per Gerardum Dorneum. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in 8. apud Conrad. Waldkirch, 1600, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. pag. 748.

BERNARDVS VNGER, *Germanus*

Apologetica Epistola pro Defensione Arabum composita. Extat cum Annotatiunculis Seb. Montui in errata recentium Medicorum, &c. Lugduni, apud Bened. Bounyon, 1533, in 8.

BERNARDINVS BALDINVS

Problemata excerpta ex commentariis Galeni in Hippocratem. Venetiis, 1567, in 8.

BERNARDINVS CAIVS, *Venetus*

De Alimentis, quæ cuique naturæ conveniant, liber. In quo etiam de Voluptatis natura, de Sapore, de Frigidæ potione, de viribus Salnitri ad refrigerandum, de Auro potabili, ac de Octimestri partu cumulatissime disputatur. Venetiis, apud Euangel. Deuchinum, 1608, in 4. apud Societat. 1610, in 4.

Bernardini Paterni Explanationes in primam Fen primi Canonis Avicennæ in lucem edidit.

De Sanguinis effusione, Disputatio. Ibidem, apud eundem, 1607, in 4.

Disputatio de Vesicantium usu. Ibidem, 1606, in 4.

BERNARDINVS CRIPPA

Peripatetica vitæ conservatio, Romæ, 1592, in 4.

BERNARDINVS DONATVS

Galeni, de dignoscendis, curandisque Animi morbis, interpretatus est.

BERNARDINVS GOMESIVS MIEDE

Ἀλογραφία, sive Diascepseon de Sale libri quatuor. Quorum primus est de Sale physico, seu philosophico: II, Medico, seu Empirico: III, Geniali, sive Iocoso: IV, Mystico. Nunc denuo revisi, & in certa quædam capita distincta, ab Autore, locis plus sexaginta aucti, cum Appendicibus. Valentiæ, apud Petrum Huetæ, 1579, in 4. Per Petrum Vffenbachium Francof. Vrsellis, apud Ioa. Bernerum, 1605, in 8.

BERNARDINVS de LANDRIANO

Additiones in Practicam Ioannis Petri de Ferrariis, Papiensis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1496, in fol.

BERNARDINVS MONTANA, *de Monserrat, Medicus Regius*

De Hominis Anatomia. Vallesoleti, 1551, in fol.

BERNARDINVS PATERNVS, *Salodiensis*

De humorum purgatione circa morborum initia tentanda, & Epistola, quod Cœna prandio liberalior, etiam in catarrho, esse debeat. Romæ, apud Doricos fratres, 1547, in 8. Spiræ, apud Bern. Albinum, 1581, in 8.

Consilium de Balneis Aquensibus, apud aquas Statiellorum, quod una cum Viris clariss. Iulio Delphino, & Ioa. Andr. Cellanova illustrissimo Viro Ferdinando Gonzagæ de Luto dedit. Extat pag. 303. Operis Veneti de Balneis.

Explanationes in primam Fen primi Canonis Avicennæ, à Bernardino Cajo Veneto in lucem editæ. Venetiis, apud Franc. de Franciscis, 1596, in 4.

Consilia Medica extant eo in opere, quod Laurent. Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

BERNARDINVS STAINER

Gerocomicon, sive Diæteticum regimen, de conservanda Senum sanitate, & vitæ eorundem ad præfixum terminum (per praxin sex rerum non naturalium) productione. Edidit Ioannes Neydecker Wirceburgi, apud Eliam Mich. Zinck, 1631, in 4.

BERNARDINVS TAVRISANVS

Medicationes in Theriacam, & Mithridaticam Antidotum, à Clariss. Med. Iunio Paulo Crasso, Bern. Taurisano, Marco Oddo, ex inclyto Patavinorum Collegio ad id selectis, accuratissime elucubratæ, & ab eodem collegio confirmatæ. Venetiis, apud Paulum & Anton. Mejetos, 1576, in 4.

BERNARDINVS TELESIVS

De Rerum Natura Lib. IX. Neapoli, 1587, in fol. Quod animal universum ab unica animæ substantia gubernetur. Venetiis, 1590, in 4.

De usu respirationis liber. Venetiis, 1590, in 4.

De Saporibus opusculum. Ibid. 1590, in 4.

BERNARDINVS TOMITANVS

De Morbo Gallico libri duo. Extant tomo II Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 58.

BERSANVS BENEXIA

Præfatio ad Ioa. Argenterii Commentarios ad artem medicinalem Galeni; qui excusi sunt in Monte-regali, apud Torrentinum, 1559, in fol.

BERYTIVS BONONICASIS

De re rustica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: seu de re rustica selectorum lib.xx. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis. Io. Alex. Brassicani opera in lucem editis. Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete, Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8. Collectorium totius fere Medicinæ. Lugduni, 1518.

BLASIVS ASTARIVS, *Patiensis Medicus expertissimus, adeo, ut maxima semper hominum frequentia ad eum conflueret. Vixit circa A. C.* 1508. *VVolfg. Iustus in Chronol. Medic.*

De Curandis febribus tractatus: ab Aben Haly super primam quarti traditus. Lugduni, apud Vincent. de Portonariis, 1532, Francof. apud Bernerum, 1604, in 8. cum Gatinaria, & Landulpho. Basileæ, apud Henr. Petri, 1535, in fol. cum Clem. Clementini Lucubrationibus. Lugduni, 1506, in 4.

Consilia quædam valde utilia. Venetiis, apud Lucantonium de Gjunta, 1521, in fol. cum Io. Matthæi de Gradi Consiliis.

BLA-

BLASIVS CÆSAR LANDVLPHVS, *Ticinensis*

De Curis febrium liber. Lugduni, apud Vincent. de Portonariis, 1506, in 4. 1532, in 8. Francof. apud Bernerum, 1604, in 8. cum Gatinaria, & Astario. Basileæ, apud Henric. Petri, 1535, in fol. cum Clementii Clementini Lucubrationibus.

BLASIVS GRVNEWALDT

Consilia quædam Medica extant eo in opere quod Joannes Wittichius collegit & edidit Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1605, in 4.

BLASIVS HOLLERVS, *Vivariensis*

Medicæ artis Theorica, libris duobus succincte comprehensa, atque Medicinæ studioso apprime necessaria. Argentinæ, 1565, in 8. Coloniæ, apud Petrum Horst, 1572, in 8.

Morborum curandorum ex Gal. præcipue sententia, brevis Institutio, utilis Medicis & Chirurgis. Basileæ, apud Nicol. Brilingerum, 1556, in 8.

In Iusjurandum Hippocratis Commentarius. Basileæ, apud Iohannem Oporinum, 1558, in 8.

In Hippocratis lib. de natura Hominis Commentarius. Argentorati, 1558, in 8.

BLASIVS VILLAFRANCA, *Hispanus*

Methodus refrigerationis vini, & aquæ per sal nitrum, &c. Accedunt varia rerum naturalium Problemata. Venetiis, 1550, 1553, in 4.

BONAVENTVRA GRANGERIVS, *Parisiensis*

De cautionibus in sanguinis missione adhibendis, Paris. 1578, in 4.

In defensionem libelli Leon. Botalli Astensis de curandi ratione per sanguinis missionem à Georgio Caspio Hannonio susceptam Animadversio. Parisiis, apud Iac. du Puys, 1581, in 8.

Theophrasti Philosophi de Sudoribus libellus unus: de Vertigine libellus alter, Latine conversi, & annotationibus illustrati. Adjecta sunt Sudorum prognostica ab eodem versibus Latinis descripta, ex Hipp. & Galeni scriptis. Parisiis, apud Ioa. de Bordeaux, 1576, in 8.

BRICIVS BAVDERONVS

Praxis in duos tractatus distincta. In priore agitur de Febribus essentialibus, tam simplicibus quam compositis, confusis, erraticis, malignis ac pestiferis, & symptomaticis in genere, & in specie curandis. In posteriore de symptomatis & morbis internis à capite ad pedes usque. Lutetiæ Parisior. apud Nicol. Buon, 1620, in 4.

Pharmacopœa, è Gallico in Latinum versa à Philemone Hollando. Cui adjecta sunt paraphrasis & miscendorum medicamentorum modus. Huic accedunt Ioannis du Boys Observationes in Methodum miscendorum medicamentorum topicorum. Londini, apud Edwardum Griffium, 1639, in fol.

BRVDVS LVSITANVS

De ratione victus in singulis febribus secundum Hippocratem, in genere, & singillatim, libri III. Venetiis, apud hæred. Petri Rauani, 1544, 1559, in 8. apud Ioa. Rubeum, 1559, in 8. Tiguri, apud Gesneros FF. 1555, in 8. cum Conr. Gesneri Enchiridio Rei medicæ triplicis.

BRVNVS, *Longoburgensis, Chirurgus & Medicus celebris, sub Friderico Imperatore. A. C.* 1230. *Iustus in Chronol. Medic.*

Chirurgia Magna, & Parva. Extant cum Guidonis, Theodorici, &c. scriptis chirurgicis. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1490, in fol. apud Bernardinum Venetum, 1559, in fol. apud Iuntas, 1546, in fol.

BRVNO SEIDELIVS

Sententia de iis, quæ Laur. Ioubertus in Paradoxis suis, de febrium humoralium origine ac materia disputavit. Extat tomo II Operum Iouberti, pag. 88. editi, Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1599, in fol.

De usitato apud Medicos urinarum judicio liber. Erfordiæ, 1562, in 8. apud Georgium Bauman, 1571, in 8.

Liber, quo morborum incurabilium causas, mira brevitate, summaque lectoris jucunditate explicat. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1593, in 8,

De Ebrietate libri tres. Omnibus omnium ordinum studiosis, præcipue vero iis, quibus secunda valetudo curæ, utiles, maximeque necessarii. Addita est ejusdem Argumenti Basilii Magni Homilia contra ebrios, Simone Stenio Lomacensi interprete. Hanoviæ, apud Petr. Fischerum, 1594, in 8.

BVHAHYLYHA BYNGESLA

Tacuini Ægritudinum & Morborum ferme omnium Corporis humani, cum curis eorundem. Argentorati, apud Ioan. Schottum, 1532, in fol.

C.

CÆCILIVS FOLIVS, *Fananensis*

Sanguinis à dextro in sinistrum Cordis ventriculum defluentis facilis reperta via, cui non vulgaris in Lacteas nuper repertas venas animadversio præponitur. Venet. 1639, in 4. Adjuncta Ioh. Veslingii Theatro Anatomico. Francofurti, apud Iohan. Beyerum, 1641, in 12.

Auris internæ nova delineatio. Venetiis, 1645, in 4.

CÆLIVS APITIVS, *Vixit sub Trajano Imperatore A. C.* 110. *Opsopæus egregius, & Magiricus expertissimus. VVolfg. Iustus in Chronol. Medicorum.*

De Re culinaria libri decem. Ex recensione Albani Torini. Basileæ, apud Oporinum, 1541, in 4. Lugduni, apud Gryphium, 1551, in 8. una cum B. Platinæ Cremonensis de Honesta voluptate, & valetudine libris totidem. *Vide* Apitium Cœlium.

CÆLIVS AVRELIANVS, *Siccensis, vel, Arianus Sorani transcriptor, aut interpres, Patria & Stylo Africanus. Major Galeno, Auditor Methodicæ Sectæ. VVolfg. Iustus, in Chronol. Medicorum. Sectarius Archigenis. Ætate Sorano posterior. Renat. de V. S. in Pleurit.*

Celerum, vel Acutarum passionum libri III. Parisiis, apud Sim. Colinæum, 1529, in fol. Lugduni, 1566, in 8.

Chronicon, sive Tardarum passionum libri V. Basileæ, apud Henr. Petri, 1529, in fol. cum Oribasii Opusculis.

Omnes autem conjunctim. Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. cum

cum Medicis antiquis, pag. 249. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1567, in 8. Ad fidem exemplaris manuſcripti caſtigati, & Annotationibus Iac. Dalechampii illuſtrati. Londini, 1579, in 8.

CÆSAR AVOLVS

De cauſis Antipathiæ & Sympathiæ. Venetiis, apud Fr. Ziletum, 1580, in 4.

CÆSAR BERGAMIVS

De Præcautione à Calculo liber. De Podagra liber alter. Venetiis, apud Somaſchum, 1605, iu 4.

CÆSAR CREMONINVS, *Centenſis*

Apologia Dictorum Ariſtotelis de Origine, & Principatu Membrorum adverſus Galenum. Venetiis, apud Hier. Piutum, 1627, in 4.

Apologia Dictorum Ariſtotelis de Calido innato adverſus Galenum. Venetiis, apud Deuchinum, 1626, in 4.

De Calido innato & ſemine pro Ariſtotele adverſus Galenum. Galeni de Semine libri II. Lug. Batav. apud Elzevirios, 1634, in 24.

Tractatus tres. 1. de Senſibus Externis. 2. de Internis. 3. de facultate appetitiva. Venet. 1644, in 4. Meſſanæ, 1637, in 4.

CÆSAR LONGINVS

Trinum Magicum, ſive Secretorum magicorum opus: continens I, de Magia naturali, artificioſa, & ſuperſtitioſa diſquiſitiones axiomaticas. II, Theatrum naturæ, præter curam Magneticam, & Veterum Sophorum Sigilla, & Imagines magicas, etiam Concluſiones phyſicas, Elementales, Cæleſtes, & Infernales exhibens. III, Oracula Zoroaſtri, & myſteria myſticæ Philoſophiæ Hebræorum, Chaldæorum, Ægyptiorum, Arabum, Perſarum, Græcorum, Orphicorum, Pythagoricorum, & Latinorum. Offenbachi, 1611, in 12. Acceſſere nonnulla Secreta ſecretorum, & Mirabilia Mundi. Francof. apud Antonium Hummium, 1614, in 12. Ibidem, apud Conradum Eifridum, 1630, in 12. addito tractatu de proprii cujuſque Nati dæmonis.

CÆSAR MAGATVS, *Scandianenſis*

De rara medicatione Vulnerum, ſeu de Vulneribus raro tractandis, libri duo. In quibus nova traditur Methodus, qua fœliciſſime ac citius, quam alio quovis modo ſanantur Vulnera. Quæcumque præterea ad veram, & perfectam eorum curationem attinent, diligenter excutiuntur: permultaque explicantur Galeni, & Hippocratis loca eo ſpectantia. Hæc autem duplici quæſtione. I, Vtrum melius ſit vulnera quotidie ſolvere, ac procurare, an pluribus interjectis diebus. II, Vtrum turundarum, & penicillorum uſus in curatione Vulnerum ſit neceſſarius. Venetiis, apud Ambroſium & Bartholomæum Dei, 1616, in fol.

CÆSAR MOCHA, *Pedemontanus*

Conſilia Medica. Taurini, 1620, in 4.

CÆSAR ODONVS, *Bononienſis*

Theophraſti ſparſæ de Plantis ſententiæ in continuatam ſeriem ad propria capita nominaque ſecundum literarum ordinem diſpoſita. Acceſſerunt diſputationes duæ. Altera, an Rhabarbarum in propria mole ſeu ſubſtantia exhibitum ſolvat & aperiat magis quam infuſione propinatum. Altera, an in quovis humore evacuando ſit exſpectanda concoctio. Nunc

primum ab eodem authore in lucem editæ. Bononiæ, apud Alex. Benoccium, 1561, in 4.

De Vrinis. Extat in Henrici Martinii Anatomia Vrinæ.

Cæsar Optatus, *Neapolitanus, Professor Venetus, Medicus excellens, vixit circa A. C. 1508. VVolfg. Iustus in Chronol. Medic. Iuxta Renat. Moreau vixit A. C. 1527.*

Opus tripartitum de Crisi, de Diebus criticis, & de Causis criticorum. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1517, in fol.

De Hectica febre Opusculum. Extat cum Io. Mich. Savonarolæ Practica Canonica, aliisque opusculis. Venetiis, apud Lucantonium Giunctam, 1517, in fol. Lugduni, apud Sebast. Honoratum, 1560, in 8.

Cæsar Pergamius

De Præcautione à Calculo: & de Podagra. Venetiis, apud Somaschum, 1605, in 4.

Cæsar Rincius, *Mediolanensis*

Disputatio accuratissima de Peste Mediolanensi, quæ anno 1577 urbem afflixit. Hanc Ioachimus Camerarius ex Italico in Latinum transtulit, & Synopsi commentariorum de Peste subintulit. Noribergæ, apud Catharinam Gerlachin, 1583, in 8.

Cæsar Zarottus, *Iustinopolitanus*

Epigrammatum, Medicæ aut Philosophicæ considerationis enarratio, sive de Medica Martialis tractatione commentarius. Venetiis, apud Baba, 1657, in 4.

Caius Plinius, *Major, Novocomensis, aliis Veronensis. Vixit temporibus Vespasiani Cæsaris A. C. 72. Obiit in montis Vesuvii incendio, dum ejus causam indagare cupiit. VVolfg. Iustus in Chronol. Medicorum.*

Historiæ Mundi libri XXXVII. Noctibus & horis subcisivis conscripti. Parmæ, apud Stephanum Corallum, 1470, in reg. fol. Venetiis, apud Thomam de Blavis, 1491, in fol. Lugduni, apud Hæredes Iacobi Iuntæ, 1560, in fol. Francof. apud Claud. Marnium, & hæredes Io. Aubry, 1608, in 8. Cum castigationibus & adnotationibus doctissimis, & variis præterea lectionibus ex mss. compluribus ad oram paginarum accurate indicatis. Ex novissima & accuratissima editione Iacobi Dalechampii. Accedunt jam primum Pauli Cigalini Comensis, Prælectiones duæ erudititiss. Vna, de vera patria Plinii: altera, De fide & autoritate ipsius. Lugduni Batav. 1561. apud Elzevirios, 1635, in 16, 3. voll. Genevæ, apud Iacobum Stoer, 1601, in 12, 3 voll. à Sigismundo Gelenio summa fide castigati, veterumque tum manuscriptorum tum excusorum codicum attentissima collatione restituti. Accessere ad marginem variæ lectiones ex Pintiani, Turnebi, Lipsii, aliorumque doctissimorum scriptis fideliter excerptæ. Basileæ, 1549, in fol.

De Aquis, Sulphure, Alumine, Bitumine, Sale, Nitro, aliisque huc pertinentibus excerpta extant pag. 233 Operis Veneti de Balneis.

Caius Plinius, *Secundus*

Epistola ad Amicos de Medicina, extat cum Medicis antiquis Venetiis, apud Aldum, 1547, in fol. pag. 85. ℣.

De Re medica libri quinque. Extant cum iisdem Medicis antiquis.

pag.

pag. 164. Basileæ, apud Andr. Cratandrum, 1528, in fol. cum aliis de Re medica libris.

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febribus, pag. 184.

CALID F. IAZICHI

Liber Secretorum Alchemiæ. Extat cum Veræ Alchemiæ aliquot scriptoribus à Guil. Gratarolo collectis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 233. & volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1622, in 8. addito huic ejusdem Libro trium verborum.

CALISTVS PROCACCINVS, *de Monte sancto Vito*

Liber, qui dicitur Medicus ad tyrones: non minus utilis, quam curiosus cupidis literarum. Romæ, apud Steph. Paulinum, 1617, in 4.

CALONYMOS

Galeni, de Clysteribus & Colica, ex Arabico, Interprete Ioannitio, in Hebræum convertit.

CAMILLVS BALDVS, *Bononiensis*

In Physiognomica Aristotelis Commentarii. Opus multiplici doctrina refertum, Physiologis, Medicis, virisque Politicis æque utile ac jucundum. Hieronymi Tamburini diligentia ac sumptibus nunc primum in lucem editum. Bononiæ, apud Sebast. Bonomium, 1621, in fol.

De humanarum propensionum ex temperamento prænotionibus Tractatus. Bononiæ, apud hæred. Ioan. Rossi, 1629, in 4.

De naturali ex unguium inspectione præsagio Commentarius. Bononiæ, apud hæred. Ioan. Rossi, 1629, in 4.

CAMILLVS FLAVIVS, *Fanestris*

In Magni Hippocratis Coi librum de Aëre, Aquis, & Locis Paraphrasis. Venetiis, apud Rob. Mejettum, 1596, in 4.

CAMILLVS GORVS

De Chalcantho ejusque oleo. Romæ, 1616, in 4. de Fractura Brachii discursus. Ibid. 1617, in 4.

CAMILLVS LEONARDVS, *Pisaurensis*

Speculum Lapidum. Pisauri, 1502, in 4. Augustæ, apud Henr. Siliceum, 1533, in 4. Parisiis, apud Ioa. Petitpas, 1610, in 8.

CAMILLVS PERVSCVS

Polemonius Physiognomicon Græce edidit.

CAMILLVS THESAVRVS, *de Corneto*

Pulsuum opus absolutissimum in sex libros divisum. Neapoli, apud Io. Thom. Aulisium, 1594, in 8.

CAMILLVS THOMAVS, *Ravennas, Vixit circa A. C. 1545. Renat. Moreau, de V. S. in Pleurit.*

Rationalis methodus atque compendiosa, ad omnes fere curandos morbos internarum partium humani corporis. Parisiis, apud Ioa. Faucherum, 1550, in 16. inde vero cum Bened. Victorii Empirica: Venet. apud Aldi Filios, 1548. apud Valgrisium, 1554, in 8. & Franc. 1598, in 8. apud Theobald. Schönwetterum, 1626, in 8. cum Dispensatorio chymico.

CANAMVSALVS de BALDACH, *Philosophus & Medicus Saracenicus. Claruit sub Friderico Imperatore A.C. 1230. VVolfg. Iustus in Chronol. Medicorum.*

Liber super rerum præparationibus quæ ad oculorum medicinas faciunt,

faciunt, & de medicaminibus ipsorum, rationabiliter terminandis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1500, in fol. cum Albucasis Chirurgia. *Vide* Alcanamosali.

CARAVANTES, *Hispanus*

Practica. Extat cum Veræ Alchymiæ scriptoribus aliquot, à Guil. Gratarolo collectis. Basileæ, apud Henr. Petri, 1561, in fol. pag. 264. tomi II.

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS, *Aqui-Sextiensis*

Exercitationes duæ, de tempore partus humani: & de Numero puerperii. Aquis-Sextiis, apud Ioa. de Tournes, & Iac. de Pierre, 1629, in 4.

CAROLUS BATTUS, *Dordracenus*

Epistolæ aliquot medicæ extant cum Miscellaneis Henrici Smetii. Francof. apud Ionam Rhodium, 1611, in 8.

CAROLUS CLUSIUS, *Atrebas*

Rariorum Plantarum Historia. Antverpiæ, apud Ioan. Moretum, 1601, in fol. Cui accesserunt: Ejusdem Commentariolum de Fungis. Honorii Belli Med. doctiss. aliquot ad Car. Clusium Epistolæ de variis stirpibus agentes. Alia item eruditiss. viri Thobiæ Roelsii Med. de certis quibusdam Plantis, Epistola. Præterea accurata Montis Baldi in agro Veronensi descriptio, autore Ioanne Pona Veronensi.

Exoticorum libri decem: quibus Animalium, Plantarum, Aromatum, aliorumque peregrinorum Fructuum historiæ describuntur. Item Belloni Observationes, eodem Car. Clusio interprete. Antwerpiæ, 1601, in fol. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1605, in fol.

Series totius Operis:

Sex priores Exoticorum Libros variam materiam continentes, Car. Clusius nunc primum in lucem profert.

Quatuor autem reliquos ejus pene argumenti, videlicet

Garciæ ab Orta Libros II.
Christophori à Costa Lib. I.
Nicolai Monardi Lib. I.

De Simplicibus medicamentis ex Indiæ Occidentalis & ex novo Orbe delatis, quorum in Medicina usus est.

idem Clusius Latinos olim faciebat & aliquoties evulgabat: at nunc quintum recensitos, & locupletioribus Scholiis illustratos publici juris denuo facit.

Iis adjunctæ Clariss. cujusdam Viri utilissimæ in Garciam Notæ.

Accessere:

Nicolai Monardi Libri III. à Carolo Clusio jam recens Latini facti: nempe

De Lapide Bezaar, & Herba Scorzonera.
De Ferro, & ejus facultatibus.
De Nive, & ejus commodis.

Præterea,

Petri Bellonii Observationum libri III.

De neglecta stirpium cultura Lib. I. è Gallico sermone olim in Latinum conversi à Carolo Clusio: jam vero ab eodem diligentiore cura recogniti, & Scholiis illustrati.

Additæ etiam Clarissimi cujusdam Viri in Observationes Notæ.

Seorsim

Seorſim extant:

Curæ poſteriores, ſeu Plurimarum non ante cognitarum, aut deſcriptarum ſtirpium, peregrinorumque aliquot animalium novæ deſcriptiones: quibus & omnia ipſius Opera, aliaque ab eo verſa augentur, aut illuſtrantur. Acceſſit ſeorſim Ælii Everardi Vorſtii de ejuſdem Caroli Cluſii Vita, & Obitu Oratio, aliorumque Epicedia. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1611, in 4. Antwerpiæ eodem anno in fol.

Rariorum ſtirpium, per Hiſpanias obſervatarum hiſtoria, duobus expreſſa libris. Antverpiæ, apud Plantinum, 1576, in 8.

Rariorum ſtirpium per Pannoniam, Auſtriam, & vicinas provincias obſervatarum, hiſtoria, quatuor libris deſcripta. Ibidem, 1583, in 8.

Antidotarium Florentinum, ſive de exacta componendorum, miſcendorumque medicamentorum ratione libri tres, omnibus Pharmacopæis longe utiliſſimi, ex Italico ſermone, Latini facti. Antwerpiæ, apud Chriſtoph. Plantinum, 1561, in 8.

CAROLVS CRASSVS

In Meſuæ de Simplicibus & in Manardis Epiſtolas. Ven. 1588, in 8.

CAROLVS FIGVLVS

Dialogus qui inſcribitur Botanomethodus, ſive herbarum methodus. Coloniæ, apud Iohannem Schœnſtenium, 1540, in 4.

Ἰχθυολογία, ſive Dialogus de Piſcibus. Coloniæ, 1540, in 4. Ej. Moſtella. Ibid. 1540, in 4.

CAROLVS FORTANERIVS

Diſputatio de partu cujuſdam infantulæ Agennenſis, An ſit ſeptimeſtris partus, an novem menſium? Extat parte VI Operum Iacobi Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Iacob. Chouët, 1630, in fol.

CAROLVS GALLVS

De Febribus peſtilentibus & malignis tractatus bipartitus. Ferrariæ, apud Gaſp. Bandonum, 1600, in 4.

CAROLVS GOSVINVS

Conſilia quædam de Arthritide extant eo in opere, quod Henr. Garetius edidit Francof. apud Ioan. Wechelum, 1592, in 8.

CAROLVS GVILLEMÆVS, *Iacobi Filius*

Cani miuro, ſive curto fuſtis; hoc eſt, Reſponſio pro ſeipſo ad alteram alogiam impudentiſſimi & importuniſſimi Curti, mompel canis cellarii; hoc eſt, Io. Cortaud Medicum Monſpelienſem. Lutetiæ, 1654, in 4.

Defenſio altera, adverſus impias, impuras & impudentes tum in ſe, tum in Principem Medicinæ Scholam Pariſienſem, Anonymi Copreæ (nominatim, Ioh. Cortaud, Medici Monſpelienſis) calumnias ac contumelias. Ibidem, 1655, in 4.

Margarita, ſcilicet è ſterquilinio & cloaca Leonis Ἀ'θίω, Cotyttii Baptæ, Spurcidici, Barbari, Solæciſtæ, imo Holoborbori, Holobarbari, Holoſolœci Verberonis Curti, (ſive ejuſdem Io. Cortaud, Med. Monſpelienſis) I. Heroardi, veriſſimi Aniatri, indigniſſimi, quot fuerunt, Archiatri, ut vulgo loquuntur, Nepotis purulentia. Ad ſtolidos, lividos, indoctos, abſurdos ejus Amatores, admiratores, buccinatores, & infamis operæ diribitores. Ibidem, 1655, in 4.

CARO-

CAROLVS le NOBLE, *Rothomagensis*

Observationes raræ & novæ de venis lacteis Mesentericis & Thoracicis, deprehensæ in Corporibus humanis bene pastis & post quatuor horas strangulatis, mox ejusdem propria manu publicè dissectis. Consentiente æquissimo Senatu Rothomagensi boni publici amantissimo, ad postulationem Medicorum Vrbis. Rothomagi, 1654, in 8. Parisiis, apud Gasp. Meturas, 1655, in 8.

CAROLVS LVSSAVLA, *Pictaviensis*

Functionum Fœtus officialium assertio, cum animadversionibus in contrariam Exercitationem Philippi le Houst. Niorti, apud Francisc. Matthæum, 1651, in 8.

CAROLVS de l'ORME

Πλεϊνοδαφνείαι, hoc est, Laureæ Apollinares à prima ad supremam. Sive Enneas quæstionum medicarum pro Baccalaureatu, Licentia, & Doctoratu. Illi accesserunt varia ἔνδοξα, ἀμφίδοξα, παράδοξα. Quæ omnia, ut vera, variis congressibus propugnavit cum Deo, & lectissimis Mecænatibus suis. In famoso Æsculapii apud Monspelienses fano, Impugnantibus quibuscunque. Parisiis, apud Adrianum Beys, 1608, in 8.

CAROLVS OSLEVIVS

Epistolæ variæ Medicæ extant eo in opere, quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 86, & seq. Hanov. 1610, in fol.

CAROLVS PASCHALIVS

Coronæ. Opus quod nunc primum in lucem editur distinctum decem libris; quibus res omnis coronaria è priscorum edita & collecta monumentis, continetur. Parisiis, apud Hadr. Perier, 1610, in 4.

CAROLVS PISO, *Parisiensis*

Selectiorum observationum, & consiliorum de prætervisis hactenus Morbis Affectibusque præter naturam ab Aqua seu Serosa colluvie & diluvie ortis, liber singularis. Opus novitate & varietate doctrinæ utile juxta ac jucundum. Ponte ad monticulum, apud Car. Mercatorem, 1618, in 4. Quod secunda editione correctius multo, elegantius, Notis marginalibus necessariis, & Indice Rerum locupletissimo auctius prodit, Lugd. Batav. apud Francis. Hackium, 1650, in 8.

Ludov. Mercati Institutiones ad usum & examen eorum, qui luxatoriam exercent artem, ex Hispanico in Latinum vertit sermonem.

CAROLVS ROMATETVS, *Bajonensis*

Crisiologiæ, sive Tractatus de Iudiciis, libelli duo. Ex gravissimis doctissimorum tum veterum, tum recentiorum Autorum Medicorum & aliorum effatis discerpti. Argentorati, apud Paulum Ledertz, 1625, in 8. Parisiis, apud Nicol. Gasse, 1635, in 8.

Tractatus de Peste una cum Crisiologia. Parisiis, apud Nicol. Gasse, 1635, in 8.

CAROLVS STENGELIVS

Hortensius & dea Flora. Augustæ Vindelicor. 1647, in 12.

Historia pestis, in qua ejus causæ, diræ grassationes & remedia divinitus collata fuse enarrantur. Dillingæ, apud Iohan. Majer, 1614, in 8.

CAROLVS STEPHANVS

De dissectione partium corporis humani libri tres. Vna cum figuris, & incisionum declarationibus à Stephano Riverio Chirurgo compositis. Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1545, in fol.

De Nutrimentis ad Baillyum, libri tres. Parisiis, apud Robertum Stephanum, 1550, in 8.

Prædium rusticum, in quo cujusvis soli, vel culti, vel inculti plantarum vocabula ac descriptiones, earumque conserendarum atque excolendarum instrumenta suo ordine describuntur. Parisiis, apud Car. Stephanum, 1554: apud Guiliel. Benardum, 1629, in 8.

De Re hortensi libellus selectus: cum nomenclatura Latina ad Gallicam accommodata, qui illam ex hac addiscere cupiunt. Parisiis, apud Mauricum de Porta, 1536, in 8. Lugduni, apud Sebast. Gryphium, 1536, in 8. apud hæredes Simonis Vincentii, 1536, in 8.

Seminarium sive Plantarium earum arborum, quæ post hortos conseri solent: quarum nomina, fructus, item etiam conserendi vocabula apud autores bene recepta hoc libello declarantur. Parisiis, apud Robertum Stephanum, 1536, in 8.

Arbustum. Fonticulus. Spinetum. Parisiis, apud Franc. Stephanum, 1538, in 8.

Sylva. Frutetum. Collis. Parisiis, apud Franc. Stephanum, 1538, in 8.

Vinetum. In quo varia vitium, uvarum, vinorum, antiqua, Latina, vulgariaque nomina: item ea quæ ad vitium consitionem ac culturam ab antiquis rei rusticæ scriptoribus expressa sunt, ac bene-recepta vocabula, nostræ consuetudini præsertim commoda, brevi ratione continentur. Parisiis, apud eundem, 1537, in 8.

CAROLVS VALESIVS du BOVRGDIEV, *Burdegalensis*

Aphorismi Prognostici Hippocratis in Febribus acutis Commentariis illustrati. Romæ, apud Nic. Angelum Tinassium, 1659, in fol.

CAROLVS WITTESTEYN, seu à PETRA ALBA, *Placentinus*

Vera totius Medicinæ forma. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1588, in 8.

Disceptatio Philosophica de Quinta Chymicorum essentia. Accessit Alexandri Carrerii Patavini Quæstio, An metalla artis beneficio permutari queant. Basileæ, apud Sebast. Henric-Petri, 1583, in 8.

CASPAR, vide GASPAR

CASSIANVS

De re rustica fragmenta aliquot extant in Γεωπονικῶν: seu de Re rustica selectorum libris xx. Græcis, Constantino quidem Cæsari nuncupatis. Ioan. Alex. Brassicani opera in lucem editis. Basileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem Iano Cornario interprete. Basileæ, apud Frobenium, 1540, in 8.

CASSIVS DIONYSIVS, *Vticensis*

Selectarum præceptionum de Agricultura libri xx, falso antea Constantino Cæs. dicati; Iano Cornario interprete. Lugduni, apud Anton. Vincentium, 1543, in 8.

CASSIVS FELIX, vulgo IATROSOPHISTA *dictus. Esse vero illi*

CAS-

CASSIO nomen FELICI, *primum didici ex Cl. V. Philippi Labbei, Bituricis, Nova Bibliotheca, pag.* 49.

Naturales & medicinales quæstiones LXXXIV, circa hominis naturam & morbos aliquot, Conrado Gesnero Tigurino interprete, nunc primum in lucem editæ. Eædem Græce, longe quam antehac castigatiores, cum Scholiis quibusdam. His accedit Catalogus Medicamentorum simplicium & parabilium, quæ pestilentiæ veneno adversantur, quorum & veteres & recentiores clarissimi quique scriptores meminerunt, longe accuratissimus, cum brevi iisdem utendi institutione: qualis hactenus à nemine alio conscriptus est, authore Antonio Schnebergero, Tigurino. Tiguri, apud Iac. Gesnerum, 1562, in 8. Græco-Latine. Græce, Lutetiæ, apud Morellum, 1541, in 8. Lugduni, apud Ioan. Paetsium, 1595, in 12. cum Theophylacti Simocattæ Physicis quæstionibus. Latine, Adriano Iunio interprete, & Græci exemplaris castigatione ad finem adjecta. Parisiis, apud Christ. Wechelum, 1541, in 4.

De Animalibus Medicæ Quæstiones & Problemata. Parisiis, apud viduam Conradi Neobarii, 1541, in 8. Græce. Ibidem, apud Christianum Wechelum, 1541, in 4. Latine, interprete Hadriano Iunio Hornano Medico.

CASTOR DURANS, *Gualdensis*

De bonitate & vitio Alimentorum Centuria. In qua continentur fere omnia quæ ad rectam victus rationem instituendam, & tuendam valetudinem pertinent. Pisauri, apud hæredes Barthol. Cæsani, 1595, in 4.

De Re Herbaria, Italico-Latine. Romæ.

CECHINUS MOTATINELLUS

Discursus de Amomo & Calamo aromatico Italorum. Venetiis, 1604, in 4.

CELSUS MANCINIUS, *Ravennas*

De Somniis ac Synesi per somnia. De Risu, ac ridiculis. De Synaugia Platonica. Ferrariæ, apud Victor. Baldinium, 1591, in 4. Francof. 1598. in 8.

De Cognitione hominis quæ lumine naturali haberi potest, Pars prima in tres libros digesta. Ravennæ, apud Franc. Tebaldinum, 1586, in 4.

CELSUS MARTINENGUS, *Clarius*

De prævidendis morborum eventibus, libri tres. Ejusdem de Methodis Commentarius. Deque Artium structura libellus. Brixiæ, 1571, in 12. Venetiis, apud Ioan. Bapt. Somaschum, 1584, in 4.

CHRISTIANUS

De auri optima confectione, extat Græce, apud D. Ioannem Elichmannum, Medicum Leidensem.

CHRISTIANUS ACIDALIUS, *VVistochiensis*

De Pleuritide Disputatio. Extat Decade III Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1620, in 4.

CHRISTIANUS BUNCKEN, *Hamburgensis*

Speculum optimi & perfecti Medici, ex conditionibus in Studioso artis Medicæ, in Tirone Medico ad Praxin jam accessuro, in Medico ad ægrum præsentem jam adhibito, requisitis. Inaugurali oratione exhibitum in Alma Gissena. Gissæ, apud Ioh. Dietericum Hampelium, 1651, in 4.

CHRI-

CHRISTIANVS FLEISCHMANNVS

Disputatio Physica de somno & Vigilia, insomniis & divinationibus, ex lib. Aristotelis de communibus animi & corporis affectibus desumta. Argentorati, 1590, in 4.

CHRISTIANVS LANGE, *Lipsiensis*

De Thermis Carolinis. Lipsiæ, apud Bauchianum, 1653, in 4.

CHRISTIANVS LVPVS, *Yprensis Flander*

Apologia pro Anima sensitiva Ovi, à balistis & fulminibus, quibus eam alma Marpurgensis in Hassia Vniversitas impugnat, & expugnare tentat, defensa & manutenta. In qua efficaciter ostenditur, quod Ovum fœcundum anima sensitiva informetur, quodque sit verum brutum, verumque animal. Lovanii, apud Corn. Coenestenium, 1641, in 4.

CHRISTIANVS MOLDENARIVS

Exercitationes Physiognomicæ IV libris comprehensæ: quorum I. Physiognomiam, II. Chiromantiam, III. Metoposcopium, IV. Oneirocriticam proponit. Lipsiæ, 1616, in 8.

CHRISTIANVS NEWENHAVS, *Monasteriensis*

De Soporis affectibus Disputatio. Extat Decade III Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1620, in 4.

CHRISTIANVS OSTENFELD

Oratio in obitum D. Thomæ Finckii. Hafniæ, 1656, in 4.

CHRISTIANVS WINCKELMANNVS, *VVeglebio-Halberstadiensis*

Tabulæ Institutionum Medicinæ Viri Clariss. Danielis Sennerti summam breviter & succincte exhibentes, in Tyronum Medicinæ gratiam concinnatæ & editæ. Wittebergæ, apud hæredes Zachariæ Schureri, 1636, in fol.

Medicamenta Officinalia. Witebergæ, 1636, in fol.

CHRISTISTELLA OHIMONIVS

Divulgatio professionis praxeos medicinæ in morbis curandis, quorum medica manu possibilis est profligatio; inter quos & podagra & coxendicis dolor, & arthritis seu articularis morbus. Antverpiæ, apud Ioan. Steelsium, 1537, in 8.

CHRISTOPHORVS ARCISSEWSKI

Epistola de Podagra curata per Doctorem Cneuffelium. Amstelredami, apud Ioh. Blaeu, 1648, in 12.

CHRISTOPHORVS ARTOMIVS, *Thoruniensis*

De gravissimo Renum affectu, Calculo, Disputatio. Extat Decade I Disput. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1618, in 4.

CHRISTOPHORVS BALLISTA, *Lutetianus*

De Re medica libri quinque. Tiguri, apud Froschoverum, 1546, in 8.

Concertatio in Podagram, versibus Elegiacis expressa. Tiguri, apud Gesneros FF. 1555, in 8.

CHRISTOPHORVS BARAVALI, *Montis-regalensis*

De Peste liber. In Monte-regali, apud Leonhardum Torrentinum, 1565, in 8.

De tempore dandi Catapotia. In Monte-regali, apud Torrentinum, 1565, in 8.

CHRISTOPHORUS de BARZIZIIS, *de Bergamo*

Introductorium, sive Ianua ad omne opus practicum Medicinæ. Augustæ Vindel. apud Sigism. Grym, 1518, in 4.

Introductorium cum Practica Commentariorum ad Nonum Razis. Papiæ, apud Anton. de Carchano, 1494, in fol. emendantibus Ioan. Anton. Bassino, & Petro Butzio, Medicis.

De Febrium cognitione & cura liber. Lugduni, apud Iacobum Myt, 1517, in 4. Et cum Marsilio de S. Sophia, Richardo, aliisque de febribus. Basileæ, apud Henr. Petri, 1535, in fol. cum Clem. Clementini Lucubrationibus.

De Balneis excerpta extant operis Veneti de Balneis pag. 225.

CHRISTOPHORUS BENNETTUS, *Londinensis*

Theatri Tabidorum Vestibulum: seu Exercitationes Dianoëticæ cum Historiis & Experimentis demonstrativis. Quibus Alimentorum respectu subactionis & distributionis, nec non Sanguinis & Succi nutritii innatantis, respectu qualitatis, consistentiæ, maturitatis & circulationis, vitia deteguntur, in Morbis plerisque, præsertim Phthisi, Atrophia & Hectica. Πυοσογία annectitur, & rubentis sanguinis causa propalatur. Londini, apud Sam. Thomson, 1654, in 8. Ibid. 1656, in 8.

CHRISTOPHORUS BURGENSIS, *Confolentaneus*

Iac. Hollerii de Morborum Curatione edidit.

CHRISTOPHORUS CACHETUS, *Lotharingus*

Controversiæ Theoricæ practicæ, in primam Aphorismorum Hippocratis sectionem. Opus in duas partes divisum, Philosophis ac Medicis perutile, ac perjucundum, in quo quæcunque ad venæsectionem, purgationem, & probam victus rationem pertinent, non minus accurate, quam acute ac eleganter in utramque partem disputantur ac enodantur. Pars prima. Tulli Leucorum, apud Sebast. Philippe, 1612, in 8. apud Simon. San-Martellum, 1618, in 8.

CHRISTOPHORUS CASTANEA, *Laudensis*

Iacobi Forliviensis Nova Castigatio, Expositionis Aphorismorum Hippocratis. Papiæ, apud Iac. de Burgofranco, 1512, in fol.

CHRISTOPHORUS à COSTA

Aromatum & medicamentorum in Orientali India nascentium liber: plurimum lucis adferens iis, quæ Doctore Garcia de Orta in hoc genere scripta sunt: Caroli Clusii opera ex Hispanico sermone Latinus factus, in epitomen contractus & quibusdam notis illustratus. altera editio castigatior & auctior. Antverpiæ, apud Plantinum, 1593, in 8.

CHRISTOPHORUS DIATRISTAN de ACUNA

Antithesis ad Repetitionem de Tertiana pro Medicina Iberorum. Lovanii, apud Iac. Zegers, 1642, in 4.

CHRISTOPHORUS ENCELIUS, *Salveldensis*

De re metallica, hoc est, de origine, varietate, & natura corporum metallicorum, lapidum, gemmarum, atque aliarum quæ ex fodinis eruuntur rerum, ad medicinæ usum deservientium, libri tres. Francof. apud Christoph. Egenolphum, 1557, in 8.

CHRISTOPHORUS FABIUS BRECHTELIUS

Nomenclatura Pharmaceutica inserviens ad singula materiæ medi-

cæ

cæ vasa & thecas, pro usu officinarum. Noribergæ, apud Paulum Kaufman, 1603, in fol.

CHRISTOPHORVS FVNCCIVS, *Saganus Silesius*

De Sterilitate muliebri Disputatio. Extat Decade II Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1619, in 4.

CHRISTOPHORVS HEINICVS

Disputatio de Calculi natura & amotione extat inter disputationes Basilienses. Basil. 1631, in 4.

CHRISTOPHORVS GEORGIVS de HONESTIS, *Florentinus. Floruit circa A. C.* 1468. *VVolfg. Iustus in Chronol. Medic.*

Expositio super Antidotario Mesue. Addito tractatu de Aqua hordei, & modo faciendi Prisanam secundum communem modum practicantium. Ferrariæ, apud Andr. Gallum, 1488, in fol. Venetiis, apud Luc-Ant. Iuntam, 1527, in fol. cum Mesuæ operibus. Ibidem, 1541, in fol.

CHRISTOPHORVS GLVCKRADT

Ioan. Beguini Tyrocinio Chymico notas addidit elegantes.

CHRISTOPHORVS GVARINONIVS, *Veronensis, Medicus Rudolphi* II *Imperatoris.*

Consilia medicinalia, in quibus universa Praxis medica exacte pertractatur. Venetiis, apud Thom. Baglionum, 1610, in fol.

Commentaria in primum librum Aristotelis, de Historia Animalium. In quibus Animantium differentiæ conspicuæ fiunt, & sedulo ad certam divisionis normam ordinantur. Francof. apud Ioan. Saurium, 1601, in 4.

De Natura Humana Sermones IV. Francof. apud Nicol. Steinium, 1601, in 4.

Tractatus de Methodo Doctrinarum. Ibidem, forma & anno iisdem.

Medicarum Institutionum compendium, disputationibus universæ medicinæ delineationem, locis Hipp. & Galenicis utplurimum illustratam continens. Accesserunt Iacobi Horstii Disputationes Theoreticæ, & Practicæ. Witebergæ, apud Clem. Bergerum, 1609, cum Methodo medendi Ferneliana, 1630, in 8.

Fundamenta Medicinæ. Cum disputationibus D. Iacobi Horstii, & Methodo medendi Fernelii enucleata. Witebergæ, apud Andr. Hartmannum, 1654, in 8.

De Natura Thermarum dissertatio. Gissæ, 1618, in 4.

Febrium continuarum & malignarum Prognosis, juxta textum Hippocraticum, in principio Coac. Prænot. cum brevissimis ad eundem notis. Gissæ, apud Nicol. Hampchi, 1622, in 4.

Institutionum Physicarum lib. II. Norimbergæ, apud Wolfgang. Endterum, 1637, in 4.

De Natura motus animalis & voluntarii Exercitatio singularis, ex principiis Physicis, Medicis, Geometricis, & Architectonicis deducta. Giessæ, apud Casp. Chemlinum, 1617, in 4.

Disser-

Dissertatio de Natura Amoris : additis Resolutionibus de cura furoris amatorii, de Philtris, atque de Pulsu amantium. Giessæ, apud Casp. Chemlinum, 1611, in 4.

Dissertationes tres : de Natura amoris, thermarum, & causis similitudinis ac dissimilitudinis in fœtu, respectu parentum. Quibus annexæ sunt resolutiones illustrium quarumdam quæstionum medicarum. Marpurgi, apud Casparem Chemlinum, 1642, in 4.

Σκέψις de naturali conservatione & cruentatione cadaverum : ubi ex casu quodam admirando & singulari, duo problemata deducuntur, addita exercitatione de somno & somniis. Witebergæ, 1606, in 8. apud Clem. Bergerum, 1608, in 8.

Conciliator enucleatus : seu Differentiarum Philosophicarum & Medicarum Petri Apponensis Compendium. Giessæ, apud Casp. Chemlinum, 1615, in 4. Ibid. 1621, in 8.

Ἐξετάσεων παθολογικῶν de Morbis, eorumque Causis liber, cum declaratione controversiarum, in gratiam studiosæ juventutis in Academia Giessena, per semestre vernale MDCXII propositus. Giessæ, apud Casp. Chemlinum, 1612, in 4. Marpurgi, apud eundem, 1629, in 8. huic editioni accesserunt ejusdem de Febribus cognoscendis & curandis exercitationes.

Methodus medendi Femeliana, enucleata, & controversiarum decisionibus illustrata. Witebergæ, apud Bergerum, 1630, in 8.

Prognosis Febrium potissimum continuarum & malignarum. Giessæ apud Hampelium, 1622, in 4.

Disputationes Medicæ viginti, continentes universæ Medicinæ delineationem. Accessere Iacobi Horstii disputationes Catholicæ de rebus secundum & præter naturam. Wittebergæ, 1609, in 8.

Tractatus de Scorbuto, seu de Magnis Hipp. Lienibus, Pliniique Stomacace ac Scelotyrbe, in Acad. Giessena duabus exercitationibus publicis in gratiam discentium propositus. Giessæ, apud Nicol. Hampelium, 1609, in 4. Ibid. 1615, in 8.

Observationum medicinalium singularium libri quatuor priores. I, de Febribus. II, de Morbis capitis. III, de Morbis pectoris. IV, de Morbis viscerum concoctionis. His accessit Epistolarum & Consultationum Medicarum à Clariss. Germaniæ Medicis potissimum, & aliis communicatarum liber primus. Editio nova. Cui Auctuarium Pharmaceuticarum exercitationum, Galenicum & Spagyricum, recens additum. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. Noribergæ, 1652, in 4.

Observationum medicinalium singularium libri quatuor posteriores. I, de Morbis mulierum. II, de Morbis contagiosis & malignis. III, de Doloribus partium externarum. IV, de Chirurgicis quibusdam casibus. His accessit Epistolarum & Consultationum medicinalium, à Clariss. Germaniæ Medicis potissimum & aliis cum Autore communicatarum liber secundus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. Noribergæ, 1638, in 4.

Complementum ad librum secundum Epistolarum & Consultationum medicinalium, continens IX superstites sectiones, in prima editione omissas. Vlmæ, apud Henr. Eberkum, 1631, in 4. Heilbornæ, 1631, in 4.

De Natura Thermarum, &c. Cui annexa est Resolutio quæstionis de modo quo mineralium virtutes aquis subterraneis communicantur. Giessæ, apud Caps. Chemlinum, 1618, in 4.

Epistolæ quædam Medicæ extant cum Cista Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Epistola de abusu Turundarum post extractionem Calculi; extat cum Lithotomia Vesicæ Guil. Fabr. Hildani. Basileæ, apud Ludov. Kônig, 1628, in 4.

Observatio de Iuvene XV annorum, qui dormiens è lecto surgit, ambulat, ac tandem per fenestram ex cubiculo tertiæ contignationis domus altioris ad altitudinem XIV ulnarum decidit: sed juvante divina gratia pristinæ sanitati restituitur, & à gravibus symptomatis liberatur. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurgic. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Chouët, 1611, in 8, pag. 336.

De Vulnere pectoris cum pulmonis læsione, Observatio. Extat cum ejusdem Observ. Cent. III. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 161.

De Vrina per vomitum, itemque per alvum rejecta, Observationes. Extant Cent. V earundem Observ. Francof. apud Matth. Merianum, 1627, in 4, pag. 147.

De pilis in internis partibus generatione, & affectu pilari puerorum, Epistola. Extat ibidem, pag. 163.

De Acidulis Schwalbacensibus Epistola. Extat cum Responsis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, in 4, pag. 25.

Versio, ex Gallico, Latina tractatus de Peste Angeli Salæ. Marpurgi, apud Gasp. Chemlinum, 1641, in 4.

GREGORIVS MARTINVS, *Suibus-Silesius*

Commentatiuncula in libri, qui inscribitur, De Chymicorum cum Aristotelicis & Galenicis consensu ac dissensu, Cap. XI: Quod est de Principiis Chymicorum. Tractationem quæstionis, an Sulphur & Mercurius sint prima perfecta mixta, & reliquorum perfecte mixtorum principia, novam perque utilem continens. Francof. ad Oderam, apud Frider. Hartmannum, 1621, in 8.

GREGORIVS MORELLVS

De Aquis medicatis Agri Patavini, & de causis qualitatum quæ eis insunt, compendiolum. Patavii, apud Laur. Pasquatum, 1567, in 8.

GREGORIVS NYMMANVS, *VVittebergensis*

De Apoplexia tractatus, in quo hujus gravissimi morbi tum curatio, tum ab illo præservatio perspicue proponitur, clareque demonstratur, illius mali causam non tam esse, ut vulgo docetur, nervorum obstructionem, & spirituum animalium interceptionem, quam ductuum quorundam, cerebri spiritum vitalem vehentium præclusionem, ejusque inde dependentem subsidentiam. Witebergæ, apud Iobum Wilh. Fincelium, 1629, in 4.

Dissertatio de Vita fœtus in utero, qua luculenter demonstratur, infantem in utero non anima matris, sed sua ipsius vita vivere, propriasque suas vitales actiones etiam in alvo materna exercere, & matre extincta,

tincta, sæpe vivum & incolumem ex ejus ventre eximi posse, adeoque à magistratu in bene constitutis rebusp. non concedendum, ut vel ulla gravida rebus humanis exempta sepeliatur, priusquam ex ejus utero fœtus excisus, vel ad minimum sectione, an infans adhuc vivus, an vero mortuus sit, exploratum fuerit. Witebergæ, apud Paulum Helwigium, 1628, in 4. Lugd. Batav. apud Dav. Lopez de Haro, 1644, in 12.

GREGORIVS NYSSENVS

De Hominis opificio, interprete Ioanne Leuenclajo. Basileæ, apud Ioannem Operinum, 1567, in 8.

GREGORIVS QVECCIVS, *Altorphinus*

Anatomia Philologica, continens discursus Philosophicos de Nobilitate & præstantia Hominis, contra iniquos conditionis humanæ æstimatores. Lipsiæ, apud Samuel. Scheiben, 1654, in 4.

De Variolis & Morbillis Disputatio. Extat Decade v Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1621, in 4.

GREGORIVS de REGIO

De Capsicorum Indicorum varietate libellus. Extat cum Curis posterioribus Caroli Clusii, ab eodem ex Italico in Latinum conversus.

GRVMERVS IVDEX, *de Placentia*

Galeni de Plantis, seu Medicinis experimentatis & probatis de Arabico in Latinum transtulit.

GVALTERVS BRVELE

Praxis Medicinæ Theorica & Empirica familiarissima: in qua pulcherrima dilucidissimaque ratione morborum internorum cognitio, eorumque curatio traditur. Antverpiæ, apud Plantinum, 1580, & 1585, in fol. Lugd. Batav. apud Raphelengium, 1589, 1599, in 8. Venetiis, apud Ciottum, 1602, in 8. apud Ioa. Maire, 1628, in 8.

GVALTHERVS CHARLETON

Spiritus Gorgonicus, vi sua saxipara exutus. Sive, de Causis, Signis, & Sanatione Lithiaseos Diatriba. Lugduni Batav. apud Elzivirios, 1650, in 8.

Oeconomia animalis, novis in Medicina Hypothesibus superstructa, & mechanice explicata. Londini, apud R. Danielis, & I. Redmannum. Amstelædami, apud Ioa. Ravensteyn, 1659, in 12.

GVALTERVS HERMANNVS RIIF, *Argentoratensis, Medicus & Dioscoridis Explanator. Claruit Moguntiæ circa A. C.* 1539. *Iustus in Chronol. Medic.*

Pedacii Dioscoridis Anazarbæi, de medicinali materia libri sex, Ioanne Ruellio Suessionensi interprete. Singulis cum stirpium tum animantium historiis, ad naturæ æmulationem expressis imaginibus, seu vivis picturis, ultra millenarium numeri adjectis: non sine multiplici peregrinatione, sumptu maximo, studio atque diligentia singulari, ex diversis regionibus conquisitis. Additis etiam Annotationibus sive Scholiis brevissimis quidem, quæ tamen de Medicinali materia omnem controversiam facile tollant, per Gualt. Rivium. Accesserunt Valerii Cordi Simesusii Annotationes doctissimæ in Dioscoridis de Medica materia libros. Iudicium de herbis & Simplicibus Medicinæ: ac eorum quæ apud Medicos

dicos controvertuntur, explicatio. Herbarum nomenclaturæ, variarum gentium Dioſcoridi adſcriptæ, ſecundum literarum ordinem expoſitæ. Cum Indice quintuplici, omnium fere ſimplicium nomenclaturas Græcas, Latinas, Gallicas, Germanicas, & Curationes & Remedia morborum complectente. Francof. apud Chriſt. Egenolphum, 1549, in fol.

Ioa. Baueri Conſilia de Re Medica recognita edidit.

Item Raymundi Lullii de Secretis Naturæ, ſeu Quinta Eſſentia.

De memoria artificiali quam memorativam artem vocant, opuſculum rarum ac inſigne, totius ejus negotii rationem, mira induſtria & brevitate complectens. Item de naturali memoria, quomodo medicinæ beneficio excitanda, augenda & confirmanda, Capitis & cerebri bona contemperatione roborationeque libellus. Argentinæ, apud Georgium Machæropœum, 1541, in 8.

Medicinæ Theoricæ & practicæ breve quidem, ſed doctiſſimum pariter ac opulentum Enchiridion totam rem mire eruditis, dilucidis ac ſuccinctis Aphoriſmis complectens, in rei Medicæ ſtudioſorum gratiam, ex doctiſſimorum virorum libris excerptum, & non ſine inſigni delectu congeſtum, non modo Medicis, verum & Chirurgis accommodum atque adeo neceſſarium. Quibus adjecimus A. Cornelii Celſi ſententias elegantiſſimas ex libris ipſius diligenter ſelectas. Argentorati, apud Georgium Meſſerſchmid, 1542, in 12.

Iatromathematicæ, hoc eſt, medicationis accommodatæ ad Aſtrologicam rationem Enchiridion, de Criſi, deque inveſtigatione & inventione dierum Criticorum, Indicativorum, Intercadentium, ſive provocativorum, & Vacuorum, rationali modo, & plane Aſtrologico. Cum canonibus aliquot, & multis aliis, futuro Medico admodum neceſſariis. Argentorati, apud Georg. Machæropœum, 1542, in 12.

GVERNERVS ROLFINCIVS

Diſſertationes Anatomicæ ad Circulationem accommodatæ. Noribergæ, apud Mich. Endterum, 1656, in 4.

Epitome Methodi cognoſcendi & curandi particulares corporis affectus, ſecundum ordinem Abubetri Rhazæ, ad Regem Manſorum libro novo, Hippocratis, Paracelſicis & Harveanis Principiis illuſtratæ & recognitæ. Ienæ, apud Ioh. Niſium. 1655, in 4.

Diſſertatio de Hepate, ex veterum & Recentiorum propriiſque Obſervationibus concinnata, & ad circulationem accommodata. Ienæ, apud Georg. Sengenwaldium, 1653, in 4.

Diſſertatio de Corde, ex veterum & Recentiorum, propriiſque Obſervationibus concinnata, & ad circulationem accommodata. Ienæ, apud Ioh. Niſium, 1654, in 4.

Methodus cognoſcendi & curandi Affectus Capitis particulares, qui Cerebro τῷ πρώτῳ αἰσθητηρίῳ inſidiantur, Hippocraticis, Paracelſicis, ac Harvejanis principiis illuſtrata, & diſſertationibus duodecim explanata. Ienæ, apud Ioa. Niſium 1653, in 4.

Methodus cognoſcendi, & curandi Febres, generalis, Hippocraticis, Paracelſicis, Harvejanis, & Helmontianis principiis illuſtrata. Ienæ, apud Samuel. Krebs, 1658, in 4.

GVIDO, *Bergomas*

De Balneis oppidi Bergomatis Transcheri. Bergomi, 1583, in 4, cum aliis ejusdem argumenti.

GVIDO de CAVALCANTIBVS

De natura & motu amoris Venerei Cantio, cum enarratione Dini de Garbo. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1498, in fol.

GVIDO de CAVLIACO, *Gallus, Chirurgus clarissimus in Monte Pessulano, cui Magister fuit Bertrutius. Claruit sub Carolo* IV. *Imperatore. A. C.* 1353. *VVolfg. Iustus in Chronol. Medic. Moreau de V. S. in Pleurit. Medicus Vrbani* V. *Pontificis. Claruit* 1363.

Chirurgiæ tractatus septem. Cum Antidotario. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1490, in fol. apud Bernardinum Venetum de Vitalibus, 1519: apud Iuntas, 1546, in fol. Cum Chirurgia Bruni, Theodorici, Rolandi, Lanfranci, Rogerii, Bertapaliæ. Venetiis, apud Simonem de Luere, 1499, in fol. Lugduni, 1572, in 8: apud Ioan. Cambray, 1518, in 4: apud hæred. Iacobi Iuntæ, 1569, in 8. Addita his Recepta aquæ Balnei de Porecta per Turam de Castello Bononiensem.

Chirurgia parva. Venetiis, apud Octavianum Scotum, 1500, in fol. cum Albucasis Chirurgia.

GVIDO DESIDERIVS, *Delphinas*

Epitome Operis perquam utilis morbis curandis Valesci de Taranta in septem congesta libros. Lugduni, apud Ioa. Tornæsium, 1560, in 8. Accedit Epitome Chirurgiæ ejusdem.

GVIDO de MONTANOR

De Arte chymica libellus. Extat in Harmoniæ Chymico-Philosophicæ decade prima, collecta ab Hermanno Condeesyano, editaque Francof. apud Conrad. Eifridum, 1625, in 8.

GVIDO PANCIROLLVS

Rerum memorabilium sive deperditarum pars, prior duobus commentariis illustrata & locis prope innumeris postremo aucta ab Henrico Salniath. Francofurti, 1646, in 4.

Nova reperta, id est res memorabiles recens inventæ & veteribus incognitæ. Ibid. in 4.

GVIDO PATINVS, *Bellovacus, Doctor Medicus Parisiensis, & Professor Regius.*

De Valetudine tuenda, per vitam vivendi normam, usumque legitimum rerum ad bene salubriterque vivendum necessariarum. Extat pag. 341. Medici officiosi à Phil. Guiberto editi Parisiis, apud Vid. Th. Pepingne, 1649. in 8.

Notæ in Nicolai Ellain tractatum de Peste. Ibidem, pag. 485.

Notæ in Galeni librum de sanguinis missione. Ibidem, pag. 538.

Quæstio de Sobrietate. Parisiis, 1647, in 4, & Medici officiosi p. 446.

An totus homo natura sit morbus, ibid. 1644, in 4.

GVIDVS ANTONIVS ALBANESIVS, *Patavinus*

Aphorismorum Hippocratis expositio Peripatetica. Patavii, apud Paulum Frambottum, 1649, in 4.

GVILHELMVS ADER

Enarrationes de Ægrotis, & Morbis in Euangelio. Opus in miraculorum

lorum Christi amplitudinem Ecclesiæ Christianæ elimatum. Tholosæ, apud Dominicum & Petrum Boscios, 1620, & 1623, in 8.

De Pestis Cognitione, Prævisione & Renediis. Tolosæ, 1628, in 8.

GVILHELMVS ADOLPHVS SCRIBONIVS, *Marpurgensis*

Idea Medicinæ, secundum Logicas leges informandæ & describendæ. Cui accessit, de inspectione urinarum contra eos qui ex qualibet urina, de quolibet morbo judicare volunt. Item de Hydrope, de Podagra, & Dysenteria, Physiologia corporis. Lemgoviæ, apud Conradum Grothenum, 1584, in 8. Basileæ, apud Conr. Waldkirch, 1585, in 8.

De Sagarum natura & potestate, deque his recte cognoscendis & puniendis Physiologia. Vbi de purgatione earum per aquam frigidam, contra Ioannem Ewichium in Republica Bremensi, & Henricum Neuwaldum in Academia Helmæstadiensi, Doctores Medicos & Professores. Marpurgi, apud Paul. Egenolphum, 1588, in 8.

Petri Hispani Thesaurum Pauperum, cum adjuncto Thesauro Sanitatis Ioa. Litbauttii recognovit, & edidit. Francof. apud Egenolphum, 1578, in 8.

GVILHELMVS ANEPONYMVS

De Substantiis Physicis Dialogus. Argentorati, 1567, in 8.

GVILHELMVS d'ASSONVILLE

De Febre pestilenti liber. Parisiis, apud Renatum Aprilem, 1546, in 8.

GVILHELMVS ATHENIVS

Hieron. Mercurialis, Responsionum & Consultationum Tomum IV edidit.

GVILHELMVS BALLONIVS, *Parisiensis*

Consiliorum medicinalium libri duo, à Iacobo Thevart, Authoris Pronepote, Scholiis nonnullis illustrati, digesti, ac in lucem primum editi. Tomus primus. In quo pleraque continentur quæ & ad Morborum cognitionem, eorundemque curationem propositis Exemplis, & obscurorum Hippocratis locorum intelligentiam pertinebant. Inter cætera elegantissimum & utilissimum est de Calculo Opusculum. Parisiis, apud Iacobum Quesnel, 1635, in 4.

Consiliorum medicinalium Tomus Secundus. Parisiis, apud eundem, 1636, in 4.

Consiliorum medicinalium liber tertius & postremus. Parisiis, apud eundem, 1649, in 4.

Epidemiorum & Ephemeridum libri duo, studio & opera M. Iacobi Thevart, Medici Parisiensis, digesti, Scholiis aliquot illustrati & in lucem primum editi. Parisiis, apud Iacobum Quesnel, 1640, in 4.

Adversaria Medicinalia. Parisiis, in 4.

Definitionum medicarum liber, in quo non ita in verbis ipsis laboratur, ut non potius rerum distinctiones proprietatesque exquirantur. Immo sæpe data opera relicto ipsius disputationis filo loci Hippocratis & Galeni obscuri explicantur, ut commentarii ad instar esse possit. Studio & opera M. Iacobi Thevart, ordine alphabetico digestus & in lucem primum editus. Ibidem, 1639, in 4.

Com-

Commentarius in libellum Theophrasti de Vertigine. Editore M. Iacobo Thevart Doct. Medico Parisiensi. Parisiis, 1640, in 4.

De Convulsionibus libellus. In quo solennis quæstio explicatur, Cur sauciatis dextra capitis parte Convulsio sanæ partis contingat. Eodem Thevartio editore. Vterque ibidem, 1640, in 4.

De Virginum & Mulierum morbis liber. In quo multa ad mentem Hippocratis explicantur, quæ & ad medendum & ad cognoscendum pertinebunt. Ejusdem Thevartii cura editus. Ibid. apud eumdem, 1643, in 4.

Opuscula Medica, de Arthritide, de Calculo & Vrinarum hypostasi. In quibus omnibus Galeni & Veterum auctoritas contra I. Fernelium defenditur. Eodem editore. Ibidem, 1643, in 4.

Liber de Rheumatismo & Pleuritide dorsali. Ejusdem opera recognitus & in lucem editus. Ibidem, 1642, in 4.

GVILHELMVS van den BOSCH

Historia Medica: De Animalium Natura. Bruxellæ, 1639, in 4.

GVILHELMVS BRIXIENSIS, *Aggregator Medicus eruditus. Vixit A. C.* 1472. *Iustus in Chronol. Medic.*

Ad unamquamque ægritudinem à capite ad pedes Practica. Ejusdem de Febribus tractatus. De Peste. De Consilio observando tempore pestilentiali : ac etiam de cura Pestis tractatus. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1508, in fol.

GVILHELMVS BVDÆVS, *Parisiensis Philosophus, & medicinæ artis, in utraque lingua, undicunque doctissimus, & disertissimus. In maximo pretio habitus apud Franciscum Valesium, Regem Franciæ. Obiit A. C.* 1540. *Iustus in Chronol. Medic.*

De curandis morbis articularibus liber. Parisiis, in 8.

GVILHELMVS COPVS, *Basiliensis, Eruditissimus Philosophus & Medicus utraque lingua, Parisiis & Basileæ, sub Ludovico* XII, *Gallorum Rege. Floruit circa A. C.* 1506. *Iustus in Chronol. Medic.*

Galeni, De Locis affectis Lib. VI. Latine exposuit. Lugduni, 1549, in 12.

Item : Hippocratis Coi Lib. III. Præsagiorum. Ibid. 1550, in 12.

Item : Pauli Æginetæ, de Ratione Victus.

Galeni de morborum & Symptomatum causis & differentiis libri VI, Guilielmo Copo interprete. Lugduni, 1550, in 12.

GVILHELMVS DAVIDSONIVS

Philosophia Pyrotechnica seu Curriculi Chymiatrici partes IV. Parisiis, 1635, in 8.

Prodromus commentationum in Petri Severini Ideam Medicinæ. Hagæ, 1660, in 4.

GVILHELMVS DVVALLIVS

Præfatio parænetica, in Phytologiam, seu Doctrinam de Plantis. Parisiis, apud Ioa. Liberti, 1614, in 8.

Phytologia seu Philosophia Plantarum. Parisiis, 1647, in 8.

GVILHELMVS FABRICIVS HILDANVS

Opera observationum & curationum Medico-Chirurgicarum, quæ extant omnia. Francof. apud Ioan. Beyerum, 1646.

Elenchus

Elenchus librorum contentorum.

Consilium: in quo de conservanda valetudine: item, de Thermis Vallesianis, & Acidulis Griesbachcensibus, earum facultatibus, & usu succincte agitur. Accessit Epistola ad D. Paulum Croquerum, in qua de Magistralibus quorundam Medicamentorum Compositionibus: de Extractione item Fœtus mortui; & de Thermis Piperinis, agitur; adjecta Thermarum illarum tabula gemina: quarum priore tractus terræ & vicina loca; posteriore descensus formidabilis, ipsarum aquarum calidarum scaturigo, hospitia, labra, & solia, totumque adeo antrum subterraneum novo conatu repræsentatur. Francof. apud Matt. Merianum, 1629, in 4.

Observationum & Curationum Centuriæ, nunc primum simul in unum opus congestæ, ac in duo volumina distributæ, ab Autore recognitæ, multisque locis auctæ. In qua Editione, instrumenta quam plurima, in præcedentibus Editionibus inepte depicta, nunc singulari artificio ad vivum adumbrantur. Accessere ob materiæ ἀδελφίλιας, Marci Aurelii Severini, de Efficaci Medicina, libri tres. Lugduni, apud Ioan. Anton. Huguetan, 1641, in 4. Francof. apud Ioh. Beyerum, 1646, in fol.

Vigintiquinque observationes selectiores Chirurgicæ, ut & de gangrena ac sphacelo. Exstant cum Practica Medica Dionysii Fontanoni, Francof. apud Ioh. Saurium, 1611, in 8.

Observationum & Curationum Chirurgicarum Centuria. In qua inclusæ sunt viginti & quinque, antea seorsim editæ: reliquæ nunc cum nonnullis instrumentorum, ab autore inventorum delineationibus, in gratiam & utilitatem artis Chirurgicæ in lucem prodeunt. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1606, in 8.

Obser-

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum Centuria ſecunda. Epiſtolis nonnullis virorum doctiſſimorum, nec non inſtrumentis chirurgicis, ab autore inventis illuſtrata. Genevæ, apud Petrum & Iacobum Chouët, 1611, in 8.

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum Centuria tertia. Epiſtolis nonnullis virorum doctiſſimorum, nec non inſtrumentis chirurgicis, ab autore inventis illuſtrata. Acceſſit Epiſtola de nova, rara, & admiranda herniæ uterinæ, & partus Cæſarei hiſtoria; ad Autorem ſcripta à Michaële Doringio, Breſlavienſi. Item Authoris ad hunc Reſponſio Epiſtolica. In qua multa variaque rara, & admiranda, de affectibus uterinis, extractione fœtus mortui, Mercurio & Antimonio recenſentur. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1614, in 8.

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum Centuria quarta. Epiſtolis nonnullis Virorum doctiſſimorum, ſimul & inſtrumentis ab Autore inventis illuſtrata. Acceſſit ejuſdem Autoris Epiſtolarum ad amicos, eorundemque ad ipſum Centuria prima. In qua paſſim Medica, Chirurgica, aliaque lectione digna, continentur. Ibidem, apud eundem, 1619, in 4.

Obſervationum & Curationum Chirurgicarum Centuria quinta. Epiſtolis Virorum doctorum, nec non Inſtrumentis ab Autore inventis illuſtrata. Francof. apud Matth. Merianum, 1627, in 4.

De Gangræna & Sphacelo, tractatus methodicus; in quo horum morborum differentiæ, cauſæ, ſigna, prognoſtica, ac denique Methodica curatio continentur. Francof. apud Nicol. Baſſæum, 1600, in 8. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1617, in 4. editio ultima omnium locupletiſſima: Obſervationibus etiam raris, nec non inſtrumentis neceſſariis ab Authore inventis, ita aucta, ut plane nova recenſeri poſſit.

Lithotomia veſicæ: hoc eſt, accurata deſcriptio calculi veſicæ, ejuſdemque cauſarum, & ſignorum pathognomonicorum, inprimis vero Methodi, qua tam in fœminis, quam in Viris ſit extrahendus; ubi quidem diverſæ Operationes deſcribuntur, & Inſtrumenta quædam ſingularia depinguntur, primum ab Autore Germanico idiomate in lucem edita; jam vero ab eodem auctore aucta, & à Diſcipulo & Commenſali ſuo, Henrico Schobingero, Sangallenſi M. Cand. in Latinum tranſlata. Cui acceſſerunt Epiſtolæ aliquot Clariſſimorum Virorum, de Vſu & Abuſu Turundarum, poſt extractionem Calculi adhibendarum. Baſileæ, apud Ludov. König, 1628, in 4.

De Vulnere quodam graviſſimo & periculoſo, ictu ſclopeti inflicto. Obſervatio & Curatio ſingularis: in qua multa, variaque lectione digna, & chirurgiæ ſtudioſis utiliſſima, recenſentur, & inſtrumenta, ab authore inventa, adumbrantur. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1614, in 8.

De Combuſtionibus, quæ oleo & aqua fervida, ferro candente, pulvere tormentario, fulmine, & quavis alia materia ignita fiunt, libellus: in quo differentiæ, ſigna, prognoſtica, & curatio, tum ipſarum combuſtionum, tum omnium fere accidentium perſpicue deſcribuntur. Cui acceſſit Buſtum, in quo accenſi ſunt odores ſuaviſſimi memoriæ Nobiliſſimi viri D. Caroli Vtenhovii C. F. Baſileæ, apud Ludov. Regem, 1607, in 8.

De Dysenteria liber unus: in quo hujus morbi causæ, signa, prognostica, & præservatio continentur: Item, quomodo symptomata, quæ huic morbo supervenire solent, sint removenda. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1616, in 8.

De Trichiasi, seu Mictione pilorum Epistola, & Observatio, extant cum Georg. Horstii Observat. medicinalium singularum lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4. pag. 334.

Semen Anisi, carbones, & pili cum urina rejecti, Observatio. Extat ibidem, pag. 397.

Anatomiæ præstantia & utilitas. Bernæ, 1624, in 8.

De Monstro Lausannæ Equestrium exciso. Oppenheimii typis Galleri, 1615, in 8.

GVILHELMVS GISCAFERIVS, *Belocarensis*

De Febrium natura & curatione, libri duo. Parisiis, apud Robertum Colombel, 1581, in 8.

GVILHELMVS GRATAROLVS, *Bergomensis, Artium & Medicinæ Doctor celebris Basileæ. Vixit A. C.* 1494. *Iustus in Chronol. Medic.*

De Memoria reparanda, augenda, servandaque liber, omnimoda remedia & præceptiones continens. Tiguri, apud Andr. Gesnerum, 1554, in 8. Basileæ, apud Nic. Episcopium, 1554, in 8. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1591, in 12.

De prædictione morum, naturarumque hominum facili, & inspectione partium corporis, liber. Tiguri, apud eundem, 1555, in 8. Basileæ, apud Nic. Episcopium, 1554, in 8.

Prognostica naturalia de temporum mutatione, perpetua ordine literarum. Basileæ, apud Iacob. Parcum, 1552, in 8. Adjecta sunt undecim signa terræ motus, &c. Basileæ, apud Nicol. Episcopium, 1554, in 8.

De Literatorum, & eorum qui magistratibus funguntur, conservanda præservandaque valetudine, illorum præcipue, qui in ætate consistentiæ, vel non longe ab ea absunt compendium, cum ex probatioribus autoribus, tum ex ratione ac fideli experientia concinnatum. Basileæ, apud Henr. Petri, 1555, in 8. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1591, in 12. apud Nicol. Hofmannum, 1617, in 16. cum Henr. Rantzovii, De conservanda valetudine, libello.

Opuscula, ab ipso Authore denuo correcta. Lugd. apud Gabrielem Coterium, 1555, in 6.

Sunt autem:

De memoria reparanda, augenda, conservandaque, ac de Reminiscentia, tutiora remedia, præceptionesque optimæ.

De prædictione morum naturarumque hominum, cum ex inspectione partium corporis, tum aliis modis.

De temporum omnimoda mutatione, perpetua & certissima signa & prognostica. Item XI signa motus terræ ex Mizaldo.

De literatorum & eorum qui Magistratum gerunt conservanda valetudine, &c.

Pestis descriptio, causæ, signa omnigena, & certa præservatio.

De Thermis Rhœticis, & Vallis Transcheri agri Bergomatis. Extat Operis Veneti de Balneis, pag. 192.

De

De Vini natura, artificio, & usu, deque omni re potabili. Basileæ, apud Henr. Petri, 1565, in 8.

De Peste Theses. Basileæ, apud Henr. Petri, 1565, in 8.

De Regimine iter agentium, vel equitum, vel peditum, vel navi, vel curru seu rheda, &c. viatoribus, & peregrinatoribus quibusque utilissimi libri duo. Basileæ, apud Henr. Petri, 1561. Argentorati, apud Wend. Rihelium, 1563, in 8. Coloniæ, apud Petrum Horst, 1571, in 8.

Artis Alchimiæ secretissimæ & certissimæ defensio. Extat cum Veræ Alchimiæ scriptoribus aliquot à se editis. Basileæ, apud Henr. Petri, & Petr. Pernam, 1561, in fol.

Lapidis Philosophici Nomenclaturæ. Extat eodem opere, pag. 265, tom. II.

GVILHELMVS HARVEVS, *Anglus*

Exercitatio Anatomica de Motu Cordis & Sanguinis in animalibus. Francof. apud Guilh. Fitzerum, 1628, in 4. Lugduni Batav. apud Ioan. Maire, 1639, in 4. Cum refutationibus Æmylii Parisani, Romani, & Iacobi Primirosii Londinensis Medici. 1639, 1647, in 4. Amstelædami, apud Ioh. Blaeu, 1645, in fol. ex recensione Ioh. Antonidæ Vander Linden, Med. Doct. & Professoris in Acad. Franekerana, cum Operibus Adriani Spigelii Bruxellensis. Patavii, 1643, in 12. cum Ioannis Walæi Epistolis 2.

Exercitationes de Generatione Animalium. Quibus accedunt quædam de Partu, de Membranis ac Humoribus Vteri; & de Conceptione. Londini, apud Octav. Pulleyn, 1551, in 4. Amstelædami, apud Ludov. Elzevirium, 1651, in 12. apud Ioh. à Ravensteyn, 1651, in 12.

Exercitationes duæ Anatomicæ de Circulatione sanguinis, ad Iohannem Riolanum Fil. Roterodami, apud Arnoldum Leers, 1649, in 12.

GVILHELMVS de HENAVT, *Rothomagensis*

Clypeus, quo tela in Pecqueti cor, à Clarissimo Viro Carolo le Noble, collega suo, conjecta, infringuntur, & eluduntur. Rothomagi, apud Iulianum Courant, 1655, in 12.

GVILHELMVS INSVLANVS MENAPIVS, *Greniburgensis, Medicus illustris. Vixit circa A. C.* 1538. *Iustus in Chronol. Medic.*

Encomion Febris Quartanæ. Adjecta quoque est ejusdem Quartanæ febris curandæ exactissima ratio, ex doctiss. tam Græcorum, quam Latinorum atque Arabum monumentis deprompta. Basileæ, apud Ioan. Oporinum, 1542, in 8.

De ratione victus salubris liber. Cum præfatione paulo longiore ad instar justæ declamationis, qua laus & utilitas Diætetica continetur. Basileæ, apud Cratandri hæredes, 1540, in 8. cum Marsilii Ficini de Triplici vita libris. Coloniæ, 1540, in 4.

GVILHELMVS I. KNYF

Goylandiæ libri duo, seu vera ejusdem Regionis descriptio historica, rerumque memorabilium in ea exactarum: in qua Tyrannica illa clades, hujus metropolis Nerdæ, perfidia Hispanorum perpetrata, recensetur. Nec non Herbarum omnium in eadem regione sponte nascentium, cum earum viribus brevis enarratio. Amstelodami, apud Ambrosium Iohannis, 1621, in 4.

Diæta analeptica, seu vivendi ratio recreativa, in qua jucundæ maximeque utiles ad corpus humanum ab externis injuriis beneficio sex rerum non-naturalium, præservandum leges præscribuntur. Amstelodami, apud Broerium Iohannis, 1618, in 4.

GVILHELMVS IOHNSONVS, *Anglus*

Lexicon Chymicum. Cum obscuriorum verborum, & Rerum Hermeticarum, tum Phrasium Paracelsicarum, in scriptis ejus, & aliorum Chymicorum, passim occurrentium, planam explicationem continens. Londini, apud Gul. Nealand, 1652, 1657, in 8.

GVILHELMVS LAVREMBERGIVS

Historica descriptio Ætitis, seu Lapidis Aquilæ. In qua de ejus natura, etymologia, generatione, patria, speciebus, pretio, proprietatibus, & virtutibus tam occultis, quam manifestis differitur. Cui adjunctus est ejusdem tractatus de Lapide Calsuve; nec non Methodus conficiendi Herbaria viva. Rostochii, apud Ant. Ferberum, 1627, in 12.

Disputatio de febris malignæ Petechialis essentia, causis, & signis. Rostochii, apud Laur. Alberti, 1605, in 4.

Epistolica dissertatio continens curationem Calculi vesicæ edita ex Bibliotheca Ioachimi Morsii. Witebergæ, apud Christianum Than, 1623, in 12. Lugd. Batav. 1619, in 8. apud Barthold. à Bild, 1629, in 12.

Botanotheca. Rostochii, 1626, in 12.

GVILHELMVS LEMNIVS, *Levini F. Zelandus*

Epistola ad Patrem, qua obiter indicatur educationem in animis hominum plus efficere, quam aëris ambientis, aut loci qualitatem. Antverpiæ, apud Mart. Nutium, 1554.

GVILHELMVS LOSELLVS

De internorum, externorumque ferme omnium morborum curatione libellus. Cum historiis verissimis, & notatu dignissimis, nec non variis & utilissimis ejusdem autoris experimentis. Bergeraci, 1617, in 8. Burdigalæ, apud Gilb. Vernoy, 1620, in 8.

GVILHELMVS MAGISTRAT

Isagoge Therapeutica de pestis sævitia, ejusque curatione & præservatione. Venetiis, 1572, in 8. Francof. eodem anno & forma.

GVILHELMVS MARCQVIS, *Antverpiensis*

Decas pestifuga, seu decem quæstiones problematicæ de Peste, una cum exactissima instructione purgandarum ædium infectarum. Antverpiæ, apud Cæs. Ioachim. Trognæsium, 1627, in 4.

Aloë morbifuga in sanitatis conservationem concinnata. Antverpiæ, apud Guilielmum à Tongris, 1633, in 8.

GVILHELMVS MENNENS, *Antverpianus*

Aurei velleris, sive Sacræ Philosophiæ vatum selectæ, ac unicæ, mysteriorumque Dei, Naturæ, & Artis admirabilium, libri tres. Antverpiæ, apud Ioan. Bellerum, 1604, in 4. & Volumine quinto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1622, in 8.

GVILHELMVS PANTINVS, *Tiletanus*

Aurelii Cornelii Celsi de Arte medica libri octo, multis in locis jam emendatiores longe, quam unquam antea, editi. Amplissimi atque eruditissimi in duos quidem priores libros Commentarii, & in reliquos

Anno-

Annotationes breviores, sed quæ justi commentarii vicem, sicubi rei difficultas exquirebat, explere posse videantur. Basileæ, apud Ioannem Oporinum, 1552, in fol.

GVILHELMVS PLANTIVS

Galeni Commentaria in lib. VII. Aphorismorum Hippocratis Latina fecit.

GVILHELMVS PISO, *Lugduno-Batavus*

De Medicina Brasiliensi libri quatuor: I. De Aëre, Aquis, & Locis. II. De Morbis Endemiis. III. De Venenatis & Antidotis. IV. De Facultatibus Simplicium. Extat cum Historia Naturali Brasiliæ auspicio & beneficio Illustr. I. MAVRITII Com. Nassaviæ, illius Provinciæ & Maris Summi Præfecti adornata. In qua non tantum Plantæ & Animalia, sed & Indigenarum morbi, ingenia & mores describuntur & Iconibus supra quingentas illustrantur. Lugd. Bat. apud Franc. Hackium; & Amstelodami, apud Ludov. Elzevirium, 1648, in fol.

De Indiæ utriusque Re naturali & medica libri quatuordecim. Amstelædami, apud Lud. & Dan. Elzevirios, 1658, in fol.

Autores & Tituli Librorum, qui hoc volumine exhibentur.

Gulielmi Pisonis, Medici Amstelædamensis,

I. De Aëribus, Aquis, & Locis.

II. De Natura & Cura Morborum, Occidentali Indiæ, imprimis Brasiliæ, familiarium.

III. De Animalibus, aquatilibus, volatilibus, & terrestribus, edulibus.

IV. De Arboribus, fructibus, & herbis medicis, atque alimentariis, nascentibus in Brasilia & Regionibus vicinis.

V. De noxiis & venenatis, eorumque Antidotis. Quibus Insertæ sunt Animalium quorumdam vivæ sectiones. Tum & aliquot Metamorphoses Insectorum.

VI. Mantissa Aromatica; sive de Aromatum Cardinalibus quatuor; scilicet Cannella, Caryophylla. Nuce moschata, & Pipere: deque Plantis aliquot in Medicinam Receptis, Relatio nova.

Georgii Marcgravii de Liepstadt,

I. Tractatus Topographicus & Meteorologicus Brasiliæ, cum Observatione Eclipsis solaris.

II. Commentarius de Brasiliensium & Chilensium indole ac lingua, &c.

Iacobi Bontii, Bataviæ in majore Iava novæ Medici ordinarii,

I. De Conservanda valetudine.

II. Methodus medendi.

III. Observationes in Cadaveribus.

IV. Notæ in Garciam ab Orta.

V. Historia Animalium, } Quibus
VI. Historia Plantarum, } sparsim inseruit G. Piso Annotationes & Additiones qua icones atque res necessarias.

GVILHELMVS PLANTIVS, *Cenomanus*

Hippocratis Aphorismi Latinitate donati & Paraphrasi illustrati. Genevæ, 1595, in 12.

Galeni Commentarii in Aphorismos Hippocratis Latinitate donati, & annotationibus illustrati. Lugduni, 1536, in 8. Ibidem, 1561, in 12.

Annotationes in Ioan. Fernelii Methodi medendi libros septem; extant cum Fernelii Operibus.

Disputatio de partu cujusdam infantulæ Agennensis, An sit septime-

ſtris, an novem menſium? Extat parte VI Operum Iacobi Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Iacobum Chouet, 1630, in fol.

GVILHELMVS PVTEANVS, *Planciacus & Gratiapolitanus civis. Floruit A. C. 1536. Renat. Moreau de V. S. in Pleurit.*

Defenſio Ioannis Meſue Medici, Aloen aperire ora venarum, adverſum Ioa. Manardum, Leonhartum Fuchſium, & alios. Lugduni, apud Mich. Parmanterium, 1537, in 8.

De Medicamentorum quomodocunque purgantium facultatibus, nuſquam antea neque dictis, neque per ordinem digeſtis libri duo. Prior eam facultatem, quæ à ſubſtantiarum ſimilitudine ſuccos trahere & purgare Medicis multis dicitur, ab omnium purgantium conſortio explodit. Poſterior eorundem purgantium omnium Medicamentorum veram & germanam rationem certa methodo atque ordine noſſe demonſtrat. Lugduni, apud Mathiam Bonhomme, 1552, in 4.

GVILHELMVS QVACELBENVS, *Curtacenſis*

Epiſtola ad Petrum Andream Matthiolum. Qua agitur de Plantis quibuſdam peregrinis, Conſtantinopoli à Quacelbeno Matthiolo miſſis. Extat lib. III Epiſt. Matthioli, pag. 287.

GVILHELMVS RHEGINVS, *Lugdunæus*

Medicinæ exercitamenta, ex ſelectis linguæ utriuſque Autoribus illuſtrata. Lugduni, apud Barth. Molinæum, 1564, in fol.

GVILHELMVS ROMANVS

Diſputationum Medicarum liber, primæ partis Medicinæ, quæ dicitur φυσιολογική, fundamenta continens. Hanoviæ, apud Guil. Antonium, 1594, in 8.

GVILHELMVS RONDELETIVS, *Monſpelienſis Medicus. Floruit circa A. C. 1550. Renatus Moreau de V. S. in Pleuritide.*

Opera omnia medica. Nunc ab infinitis quibus antehac ſcatebant mendis, ſtudio & opera Ioan. Croqueri Poloni repurgata, & in gratiam Medicinæ ſtudioſorum nitori ſuo reſtituta. Genevæ, apud Petrum & Iacobum Chouet, 1628, in 8.

Methodus curandorum omnium morborum corporis humani, in tres libros diſtincta. Ejuſdem de dignoſcendis morbis. De Febribus. De Morbo Gallico. De Internis, & externis. De Pharmacopolarum officina. De Fucis. Lugduni, apud Iacob. Marceum, 1583. apud Rouillium, 1585, in 8. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1592, in 8. Monſpeſſuli, 1601, in 8. Pariſiis, in 8. Genevæ, apud Iacobum Stör, 1608, in 8.

Methodus de materia medicinali, & compoſitione medicamentorum. Patavii, apud Hier. de Gilbertis, 1556, in 8.

Conſilia quædam Medica extant eo in opere quod Laurent. Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

Tractatus de Vrinis. Antehac non editus. Francof. apud hæredes Nic. Baſſæi, 1610, in 8. Ibidem eodem anno in 12.

De Morbo Gallico tractatus, extat quoque in Appendice ad tomum I Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 77.

De Ponderibus, ſive juſta quantitate & proportione medicamentorum liber. Patavii, apud Hier. de Gilbertis, 1555, in 8. apud Gratioſum

Percha-

Perchacinum, 1556, in 8. & apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. cum aliorum de Dosibus libellis. Venetiis, apud Vincent. Valgrisium, 1562, in 8. Lugduni, apud Barth. Molinæum, 1558, in 8. apud Mareschallum, 1584, in 8. 1563, in 8. cum aliis ejusdem argumenti. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1561, in 8.

Libri de Piscibus Marinis, in quibus veræ Piscium effigies expressæ sunt. Lugduni, apud Matthiam Bonhomme, 1554, in fol.

Vniversæ aquatilium historiæ pars altera, cum veris ipsorum Imaginibus. Ibidem apud eundem, 1555, in fol.

Formulæ aliquot Remediorum, libro de internis Remediis omissæ. Antverpiæ, 1576, in fol.

GVILHELMVS ROVILLIVS

Historia Plantarum Generalis. Lugduni, 1586, in fol.

GVILHELMVS de SALICETO, *Placentinus*

Chirurgia. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1502, in fol. apud Iuntas, 1546, in fol. cum variorum Arte Chirurgica. Extat quoque Mss. in Bibliotheca nostra.

Summa conservationis, & curationis. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1489, in fol. Lipsiæ, 1495, in fol.

GVILHELMVS SERAPHINVS; *Tridinensis*

De compositione medicamentorum omnium libri tres. Tridenti, apud Claram Iolitam, 1594, 1596, in 4.

GVILHELMVS SOVIROLIVS, *Monspeliensis*

Brevis & accurata de Peste disputatio. Parisiis, apud Maturinum Prevotium, 1571, in 8.

GVILHELMVS STRATENVS

Disputationes medicæ de Febribus in genere, & in Specie. Vltrajecti, 1640, in 4.

GVILHELMVS TVRNERVS, *Anglus. Medicus eruditione eximia præstans. Vixit circa A. C.* 1542. *Iustus in Chronol. Medic.*

Avium præcipuarum, quarum apud Plinium & Aristotelem mentio est, brevis & succincta historia. Ex optimis quibusque scriptoribus contexta, scholio illustrata & aucta. Adjectis nominibus Græcis, Germanicis, & Britannicis. Coloniæ, apud Ioan. Gymnicum, 1543, in 8.

GVILHELMVS du VAL, *Parisiensis*

Phytologia, id est, Philosophia Plantarum. Parisiis, 1647, in 8.

Invitatio Amplissimi Ordinis duas complectens Oratiunculas: quarum prior habita fuit in majore Consistorio Senatus; posterior in primo Ordine Curiæ Subsidiorum, die 2 Iunii, anno 1612, pro Medicorum Parisiensium solenni & publica Panegyri, quam Paranymphum vocant. Lutetiæ Paris. apud Franc. Iacquin, 1612, in 4.

GVILHELMVS vander BOSCH, *Leodiensis*

Historia Medica sive anima Historiarum. Bruxellis, 1639. in 4.

GVILHELMVS VARIGNANA, *Medicus sublimis & excellens. Vixit in civitate Ianua, A. C.* 1300, *aut juxta alios* 1319. *VVolfg. Iustus in Chronol. Medic.*

Opera Medica de curandis morbis, universalibus, & particularibus, febribus, apostematibus, & ulceribus, de venenis, de faciei & totius corporis

poris mundificationibus. Basileæ, apud Henr. Petri, 1545, in 4. Ibidem, 1595, in 8.

Secreta sublimia ad varios curandos morbos verissimis autoritatibus illustrata. Additis nonnullis flosculis. Venetiis, 1520, in 8. Lugduni, apud Ioan. de Cambray, 1526, in 4. Ibidem, 1539, in 8. Basileæ, apud Sebast. Henric-Petri, 1597, in 8. à Casparo Bauhino ad plurium exemplarium collationem, ab infinitis mendis castigata, & obscuriorum vocabulorum explicatione, notisque marginalibus illustrata.

GVILHELMVS VERIGNANEVS

De Febrium dispositione tractatus duo. Lugduni, apud Sebast. Honoratum, 1560, in 8. cum Practica Canonica Ioan. Mich. Savonarolæ, pag. 1109.

GVILLERMVS GVEROALDVS

Interpretatiuncula in Macri Floridi de Viribus herbarum librum. Cum iconibus herbarum. Cadomi, in 8.

GYBERTVS LONGOLIVS

Dialogus de Avibus, & earundem nominibus Græcis, Latinis, & Germanicis. Coloniæ, apud Ioan. Gymnicum, 1544, in 8.

H.

HABDARAMAHNVS, *Asiutensis Ægyptius*

De proprietatibus, ac virtutibus medicis Animalium, Plantarum, ac Gemmarum tractatus triplex. Nunc primum ex Arabico idiomate, Latinitate donatus ab Abrahamo Ecchelensi Maronita. Ex Mss. Codice Bibliothecæ Eminentissimi Cardinalis Mazarini. Parisiis, apud Sebastian. & Gabr. Cramoisy, 1647, in 8.

HADRIANVS à MYNSICHT

Thesaurus Medico-Chymicus, hoc est: Selectissimorum pharmacorum conficiendorum secretissima ratio. Cui in fine adjunctum est Testamentum Hadrianeum, de Aureo Philosophorum Lapide. Hamburgi, apud Frobenium, 1631, in 4. Lubecæ, apud Henr. Schernwebelium, 1638, 1646, in 4. Lugduni, apud Ioh. Ant. Huguetan, 1645, in 8.

HALY ABBAS, vel HALY *Filius Abbas, Discipulus Abymeher Moysi. Vir doctissimus & elegantissimus inter Arabes Medicos, & inter Antiquos Philosophantes enumeratus. Galeni Simia. Claruit sub Henrico* V *Imperatore. A.C.* 1122. *VVolfg. Iustus in Chronol. Medicorum.*

Regalis Dispositionis Theoricæ libri decem, & Practicæ libri decem. Quos Stephanus Phil. discipulus ex Arabica in Latinam linguam transtulit. Venetiis, apud Bernardinum Ricium de Novaria, 1492, in regali fol. Lugduni, apud Iac. Myt, 1523, in 4. cum Synonymis Michaëlis Capellæ.

De Febribus liber, extat Operis Veneti de Febribus, pag. 165.

HALY RODOHAM, *alias* EBEN RODAN, *Ægyptius, Astrologus, Physicus & Medicus nobilissimus. Vixit sub Henrico* II, *& Conrado* II, *Imperatoribus. VVolfg. Iustus in Chronol. Medicorum.*

Commentarii in Artem Parvam Galeni. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1496, in fol. Lugduni, apud Ioan. Marion, 1516, in 8.

HAME-

HAMERVS POPPIVS, *Thallinus*

Basilica Antimonii. Francofurti, 1618, in 4. Exstat cum Praxi Chymiatrica Iohannis Hartmanni, Genevæ, apud Petrum Chouet, 1647, in 8.

HANNIBAL ALBERTINIVS, *Cæsenas*

De Affectionibus Cordis libri tres. Quorum I, agit de Naturalibus: II & III, de Præternaturalibus, de Palpitatione nempe, & Syncope, atque earum Curatione. In quibus multa Problemata scitu dignissima enodantur, & præcipue de Membrorum principatu, & sede Animæ exacte disputatur. Venetiis, apud Ioan. Guerilium, 1618, 1626, in 4. Cæsenæ, 1648, in 4.

HANNIBAL BIMBIOLLVS

De destillatione Capitis ad bronchios pulmonum & Visione depravata Consilium, extat eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 125.

HANNIBAL de NICOLINIS

De Curativis, ac mittendi sanguinem scopis, Disputationes in genere. Perusiæ, in 4.

HANNIBAL THEDESCVS

De Melancholia hypochondriaca Consilium extat eo in opere quod Iosephus Lautenbachius collegit & edidit. Francof. apud Ioan. Sartorium, 1605, in 4, pag. 252.

HEBVHABES HAMED

Commentaria in Libros Quartorum, seu Stellicos Platonis. Vid. Plato.

HECTOR GIBALTVS

In Cl. Galeni Pergameni libros de Febribus Commentarius, quæ ad Febrium cognitionem spectant universa ferme complectens. Lugduni, apud Guil. Rouillium, 1562, in 16.

HECTOR SCLANOVIVS

Diascepsis Anatomica de Vasis umbilicalibus & secundinis, una cum προσθήκη θεραπευτικῇ Secundinarum retentarum. Cui accessit tractatus de partu Gabsheimense monstroso nuper in lucem edito. Francof. apud Palthenium, 1608, in 8.

De Morbis per incantationem introductis Epistola extat cum Gregorii Horstii Observat. medicinal. singular. lib. IV priorib. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 415.

HECTOR ZOLLIKOFFERVS, *Sancti Gallensis*

De Philtris Disputatio. Extat Decade VI Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1622, in 4.

HELIDEVS de PADOANIS, *Foroliviensis*

Curationes & consilia in curandis particularibus morbis. In lucem edita per Iohannem Wittichium Arnstatensem. Lipsiæ, apud Nicol. Nerlichium, 1607, in 4.

De Febribus libellus. Extat cum Pandectis Ioan. Georgii Schenckii. Francof. apud Ionam Rhodium, 1607, in 12.

Consilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholtzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

HELIAS, *Monachus Franciscanus*

Speculum Alchymiæ. Extat cum Opusculis quibusdam Chemicis. Francof. apud Ioa. Bringerum, 1614, in 8, editis.

HELIAS ARTISTA

Nova disquisitio. Extat Volumine quarto Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

HELIVS EOBANVS, *Hessus*

De tuenda bona valetudine libellus, commentariis doctissimis illustratus à Ioanne Placotomo. In quibus multa erudite explicantur, studiosis Philosophiæ plurimum profutura. Ejusdem de natura & viribus Cerevisiarum & Mulsarum, opusculum. De causis, præservatione, & curatione Ebrietatis, dissertationes. Francof. apud Christ. Egenolphum, 1582, in 8. Ibidem, apud eundem cum commentariis Petri Hassardi, 1568. Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1533, in 8. Ibidem, 1555, in 12. Additis, ejusdem Medicinæ laude, Cœna Baptistæ Fieræ, &c. Polybo de salubri victus ratione privatorum, Ioan. Guintherio Andernaco interprete. Aristot. Problematis, quæ ad stirpium genus, & oleracea pertinent. Francofurti, 1568.

De conservanda valetudine, Medicinæ laus. Musæum Sturtianum. Tabula differentiarum febrium. Tabula cognoscendorum humorum secundum Cometarum & Planetarum horas. Erffurti, 1524, in 4.

Ludus de Podagra, in quo ejus affectionis natura, commoda juxta ac incommoda recensentur. Moguntiæ, apud Ivonem Scheffer, 1537, in 4.

HELIOPHILVS à PERCIS

Nova disquisitio de Helia Artista Theophrasteo. In qua de Metallorum transmutatione, adversus Hagelii & Pererii Iesuitarum opiniones evidenter & solide disseritur. Marpurgi, apud Rodolph. Hutwelckerum, 1606, in 8.

HELISÆVS ROSLIN

De opere Dei creationis, seu de mundo hypotheses, continentes summarum artium principia, Physices, Chymiæ, Medicinæ, Astronomiæ, Astrologiæ, Metaphysices. Francofurti, apud hæredes Wecheli, 1597, in 4.

HELVICVS DIETERICVS, *Darmstadinus*

Responsa Medica de Probatione, facultate, & usu Acidularum ac fontium Schwalbaci susurrantium à celeberrimis aliquot Medicis scripta. Francofurti, apud Matth. Merianum, 1631, in 4.

Elogium Planetarum cælestium & terrestrium Macrocosmi & Microcosmi. Argentorati, 1627, in 8.

Vindiciæ adversus Othonem Tackenium. Hamburgi, 1655, in 4.

HENNINGVS ARNISÆVS

Observationes aliquot Anatomicæ: ex quibus Controversiæ multæ Medicæ & Physicæ breviter deciduntur. Francof. apud Andr. Eichorn, 1610, in 4.

De observationibus quibusdam Anatomicis Epistola, extat cum Gregorii Horstii Observat. medicinal. singular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 450. & alia cum Guil. Fabr. Hildani Epistol.

Epiſtol. Cent. 1. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1619. in 4, pag. 351.

Diſquiſitiones de Partus humani legitimis terminis, ejuſdemque obſervationes & controverſiæ anatomicæ. Francof. apud Ioh. Davidem Zunnerum, 1642, in 12.

Diſputatio de Lue venerea cognoſcenda & curanda. Oppenheimi, apud Ioan. Theod. de Bry, 1610, in 4.

HENNINGVS SCHEVNEMANNVS, *Semipolitanus*

Medicina reformata, ſeu Denarius hermeticus, Philoſophicus, Medico-chymicus, in quo mira brevitate dilucide docetur, decem Entibus omnium morborum radices, productiones, tranſplantationes, aſtra, ſigna, indicationes, & curationes compleri, & abſolvi. Francof. apud Ioa. Bringerum, 1617, in 8.

Paracelſia de Morbo Mercuriali contagioſo, quem Peſtem vulgus vocat, & quintuplici Ente, Dei nimirum, aſtrorum, pagoyi, veneni, & naturæ prognato: in qua vera curandi ratio recenſetur. Babenbergæ, apud Anton. Horitzium, 1608, in 4.

Paracelſia de Morbo Sulphureo Cagaſtrico, quem Febrem vulgus nominat, ex quintuplici Ente, Dei nimirum, aſtrorum, pagoyi, veneni, & naturæ prognato. In qua omnes ejus ſpecies, & vera curandi ratio recenſentur. Francof. apud Nicol. Steinium, 1610, in 8.

Hydromantia Paracelſica, hoc eſt, Diſcurſus Philoſophicus de novo fonte in Saxonia Electorali circa oppidum Annæbergam reperto, olim S. Annæ fons dicta. Francof. apud Zachar. Palthenium, 1613, in 4.

HENRICVS AFINEVS

Quæſtiones Medicæ & naturales. Antverpiæ, 1517, in 4.

HENRICVS ARTOCOPHINVS

Prodromus Myſteriorum Naturæ. Stetini, 1620, in 4.

Analyſis & Syntheſis Phyſico-Chymico-Medica artificioſiſſima. apud Guil. Schulzium, 1621, in 4.

HENRICVS BEBELIVS, *Iuſtingenſis*

Nomenclatura morborum humani corporis Græco-Latina. Argentorati, apud Schurerum, 1513, in 4. Cum aliis ejuſdem Operibus.

HENRICVS BLACVODÆVS, *Pariſienſis*

Hippocratis Coi Prognoſticorum libros tres, cum Latina interpretatione, ad Veterum exemplarium fidem emendatos & recognitos edidit. Pariſiis, apud Ioh. Libert, 1625, in 24.

HENRICVS BOTTERVS

De expurgatione Empyematis Epiſtola, extat cum Greg. Horſtii Obſervat. Medicin. ſingularium lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1621, in 4, pag. 459.

De ſcorbuto tractatus, cui acceſſit Ejuſdem ad Ioannem Wolffium Epiſtola. Lubecæ, 1646, in 4.

HENRICVS à BRA, *Friſius*

Catalogus medicamentorum ſimplicium & facile parabilium adverſus Epilepſiam, & quomodo iis utendum ſit brevis inſtitutio. Leovardiæ, apud Ioannem Starterum, 1616, in 8. Arnhemii, apud Ioannem Ioannis, 1603, 1605, in 8.

Medicamentorum ſimplicium & facile parabilium ad Icterum, & hydropem Catalogus, & quomodo iis utendum. Lugd. Batav. apud Ioan. Paetſium, 1590, in 8. apud Ludov. Elzevirum, 1597, in 8.

De Idea, & Theatro imitatricium, & imitabilium ad omnes intellectus facultates, ſcientias, & artes, Libri Aulici. Quibus cunctæ intellectus facultates inſtrumentariæ, Grammatica, Logica, Rhetorica, Poëtica, Hiſtoria; omnes ſcientiæ activæ & ſpeculativæ; Mathematicæ, multi tractatus jucundiſſimi, Moralis Philoſophia, Politica, Naturalis, Theologia, Metaphyſica; omnes artes, Medicina, Agricultura, Typographia, Pictura, Sculptura, Ferraria, Vitriaria, Architectura, & Mechanicæ, non ſolum quo ordine, & qua methodo inveniendæ, & inventæ ſint ordinandæ, & perſpicue exponendæ, manifeſtatur; ſed ſingulæ mira brevitate, ordine & methodo ante oculos locantur. Principibus & Aulicis Viris utiliſſimæ, & jucundiſſimæ, qui multis negotiis obſtricti longius tempus in his literarum ſtudiis conterere nequeunt. Item tractatus de Nobilitate, de falſo à Vulgo creditis, & aliis, &c. Piſauri, apud Flaminium Concordiam, 1617, in fol.

Medicina practica, ſive methodus cognoſcendorum & curandorum omnium affectuum malignorum & peſtilentium. Piſauri, apud Rob. Mejettum, 1617, in fol.

IOANNES COMBACHIUS, *VVetteranus*

Liber de Homine, in quo de nobiliſſ. creaturæ eſſentia & partibus, ejuſdemque ordine ad Deum, Vniverſum, aliasque creaturas agitur. Addita eſt diſquiſito duplex: prior, de Caſeo; altera, de Divinationibus. Marpurgi, apud Rod. Hutwelckerum, 1620, in 8.

De Philtris, utrum animi hominum his commoveantur, nec ne, tractatus. Hamburgi, apud Hermanuum Mollerum, 1609, in 4.

IOANNES de CONCOREGIO, *Mediolanenſis, docuit Bononiæ & Papiæ, ſumma ingenii laude. Vixit A. C.* 1501. *Iuſtus in Chronol. Medic.*

Praxis nova totius fere Medicinæ, Lucidarium, & Flos florum Medicinæ vulgo nuncupata: quæ quidem quatuor tractatibus continentur. Videlicet, De diſpoſitionibus capitis, & partium ejus, tract. I. De diſpoſitionibus Cordis, pectoris, & partium ejus, tract. II. De diſpoſitionibus ſtomachi, hepatis, ſplenis, & aliorum membrorum, naturalium, tract. III. De diſpoſitionibus genitalium membrorum, teſticulorum, matricis, & aliorum annexorum, tract. IV. Summula item de curis febrium, &c. Venetiis, apud hæredes Octaviani Scoti, 1515, in fol. & apud Lucam Anton. Gjuntam, 1521, in fol. Extat quoque Mss. in Bibliotheca noſtra.

IOHANNES CONRADUS GERARDI

Tractatus de Chymiatria; id eſt, de Aquorum Oleorum Salium Eſſentiarumque extractione & Thermarum probatione.

Extractum Chemicarum quæſtionum. Argentorati, 1616, in 8.

IOANNES CONRADUS WECHTLERUS

Homo oriens & occidens, duobus actibus & libris in Scenam productus, ut primus primum ab infimis principiis aſſurgentem; ſecundus ſecundum ab hoc perfectionis ſtatu ad corruptionem & cineres delabentem complectatur. Francof. 1659, in fol.

IOANNES CONTARENUS, *Venetus*

De Purgandis Enixis & recto Bezaharticorum uſu tractatus. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Bartonum, 1614, in 4.

IOAN-

IOANNES CORNELIVS UTERVERIVS

Vlyssis Aldrovandi de Quadrupedibus Solipedibus, collegit & recensuit.

Ejusdem, de Quadrupedibus Bisulcis.

De Piscibus, & Cetis.

IOANNES COSMA HOLTZACHIVS, *Basiliensis*

Annotationes in Dioscoridem. Lugduni, apud Frellonium, 1556, in 12.

Lepræ experimentum, & examen, quo succincte & dilucide edocetur, qui & qua ratione examinare & dijudicare eos conveniat, qui de Lepra suspecti sunt. Tiguri, apud Froschoverum, 1558, in 8.

IOANNES COSTA

De Venarum Mesaraicarum usu liber. Venetiis, 1565, in 4.

IOANNES COSTÆVS, *Laudensis*

Annotationes in Avicennæ Canonem, cum novis alicubi Observationibus, quibus Principum Philosophorum ac Medicorum Dissensus, atque consensus indicantur. Venetiis, apud Iuntas, 1595, in fol.

In Ioa. Mesuæ Simplicia & composita, tum ejusdem Antidotarii IX postrema sectiones Annotationes. Extant cum Mesuæ Operibus.

Miscellanearum Dissertationum Decas prima. Patavii, apud Ioan. Bapt. Pasquatum, 1658, in 12.

Ioannis Bapt. Montani in Galeni libb. de Elementis, de Natura Humana, de Atra bile & de Temperamentis Comm. edidit, Hanoviæ, 1595, in 8.

Disquisitionum Physiologicarum in primam primi Canonis Avic. sect. Libri sex. Bononiæ, apud Ioan. Rossium, 1589, in 4.

De humani conceptus, formationis, motus, & partus tempore. Bononiæ, apud Ioannem Rossium, 1596, in 4. Papiæ, apud Petrum Bartolum, 1604, in 4.

De Vniversali stirpium natura libri duo. Augustæ Taurinorum, 1580, in 4. Venetiis, 1578, in 4.

De Potu in morbis. In quo de aquis, vino, omnique facticio potu in universum, ac de privato in singulis morborum generibus eorum usu plene differitur. Papiæ, apud Ioan. Bapt. Vismaram, 1604, in 4. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1604, eadem forma.

De Facili medicina per Seri & Lactis usum, libri tres. Bononiæ, 1595, in 4. Papiæ, apud Petrum Bartolum, 1604, in 4.

De Igneis Medicinæ præsidiis libri duo. Venetiis, apud Robertum Mejettum, 1595, in 4.

IOANNES CRATON à CRAFFTHEIM, *Vratislaviensis. Floruit circa A. C. 1554. Renatus Moreau de V. S. in Pleuritide.*

Isagoge Medicinæ. Venetiis, apud Valgrisium, 1560, in 8. Hanoviæ, apud Guil. Antonium, 1595, in 8.

Periocha methodica in Galeni libros de Elementis, Natura humana, Atra bile, Temperamentis & Facultatibus naturalibus. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1563, in 8. Accesserunt in libros Galeni Ioannis Baptistæ Periochæ cum Epistola Ioannis Cratonis, qua recte Galenum legendi ratio breviter ostenditur. Hanoviæ, apud Guil. Antonium, 1595, in 8.

Μικροτέχνη, seu parva ars Medicinalis, nunc primum studio & industria Laurentii Scholzii Vratislaviensis in lucem edita. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1592, in 8. Hanoviæ, apud Claudium Marnium, 1609, 1646, in 8.

Methodus Therapeutica ex Galeni & Montani sententia. Francof. 1608, in 8. Idea etiam Hippocratica. De Generatione Pituitæ. De Victus Ratione. Vna cum Methodo de humore melancholico. Basileæ, apud Oporinum, 1555, 1563, in 8. apud Pernam, 1558, in 8. cum Opusculis variis ac præclaris Ioan. Bapt. Montani ab Hier. Donzellino editis. Francof. apud Nicol. Steinium, 1594, in 8. Ibidem apud Unckelium, 1621, in 8.

Consiliorum, & Epistolarum Medicinalium, Liber. Ex collectaneis clariss. Viri Domini Petri Monavii Vratisl. quondam Medici Cæsarei selectus, & primum à Laurentio Scholzio Silesio in lucem editus. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1591, 1595. apud Aubrios, 1620, in 8.

Consiliorum, & Epistolarum Medicinalium liber secundus. Laurentii Scholzii studio in lucem editus. Ibidem, apud eosdem, 1592, in 8. Hanoviæ, apud hæredes Ioa. Aubrii, 1609, in 8.

Consiliorum, & Epistolarum Medicinalium liber tertius. Ejusdem L. Scholzii opera editus. Ibid. apud eosdem, 1592, 1609. apud Pressium, 1646, in 8.

Consiliorum, & Epistolarum Medicinalium liber quartus. Ejusdem Scholzii industria editus. Ibidem, apud eosdem, 1593, in 8. Hanoviæ, apud hæredes Ioa. Aubrii, 1614, in 8.

Consiliorum, & Epistolarum Medicinalium liber quintus. Ejusdem studio editus. Francofurti, 1593, in 8. Hanoviæ, apud Aubrios, 1619, in 8.

Consiliorum, & Epistolarum Medicinalium liber sextus. Ejusdem Scholzii studio editus. Hanoviæ, apud hæredes Ioh. Aubrii 1611, in 8.

Consiliorum, & Epistolarum Medicinalium liber septimus, per eundem in lucem emissus. Ibidem, apud eosdem, 1611, in 8.

Ioan. Bapt. Montani Consultationum Opus, Suis totidem auctum edidit. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1583, in fol. Francof. 1587, in fol. Ejusdem Expositionem, in IX lib. Razis, ad Almansorem Regem integritati restituit.

De Morbo Gallico Commentarius, nunc primum studio & opera Laur. Scholzii in lucem editus. Francof. 1594, in 8. Hanoviæ, apud Aubrios, 1619, in 8.

De vera præcavendi, & curandi febrem pestilentem contagiosam ratione, ex Idiomate Germanico in Latinam linguam conversa, à Domino M. Martino Weinrichio. Extat pag. 1070 Consiliorum Medicinalium à Laur. Scholzio collectorum, editionis Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

Assertio pro libello suo Germanico, in quo pestilentem febrem putridam ab ea quæ à contagione oritur lateque disseminatur, discernit. Adjecta est brevis de Contagione & putredine, vera etiam curandi & præcavendi contagiosam febrem pestilentem ratione, commentatio & commonefactio. Francof. apud Wecheli hæredes, 1585, 1595, in 8.

Epistola ad Casp. Peucerum de Peste. Extat tomo II Consiliorum Montani.

Epistola ad Petrum Andr. Matthiolum. Hortatur Crato Matthiolum, ne ob malevolorum insectationes à Republica juvanda suis studiis se dimoveat. Extat lib. II Epist. Matthioli, pag. 379.

Epistola alia, in qua probantur Matthioli defensiones in Guilandinum, quædam vero pluribus asserenda censentur. Extat ibidem lib. IV. pag. 452.

IOANNES CROQVERVS *Polonus*

Guilh. Rondeletii Opera Medica correctiora edidit.

IOANNES CVLMAN, *Geppingensis*

Ioan. Marinelli Commentariis in Hippocratem argumenta nova, in singulos libros addidit.

IOANNES CVNRADVS DIETERICI

Hippocratis Aphorismos illustravit. Giessæ, 1656, in 4.

IOANNES CVNRADVS GERHARDVS

Extractum Chymicarum quæstionum, sive responsionis ad theoriam lapidis Philosophici editam in Academia Regiomontana à quodam ibidem antichymista. Vbi veritas artis Chymicæ etiam contra principia negantem asseritur, & multæ difficiles & jucundæ quæstiones discutiuntur. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1616, in 8.

Panaceæ Hermeticæ sive medicamenti universalis assertio & defensio Galeno-Chymica. Vlmæ, 1640, in 8.

Commentatio perbrevis & luculenta in Apertorium R. Lullii de Lapide Philos. cum Interpretatione Testamenti novissimi Arnoldo de Villa Nova attributi. Item Medulla Gebrica. Tubingæ, 1643, in 8.

Tractatus practicus de Chymiatria, id est, de Aquarum, Oleorum, Salium, Essentiarum extractione, & de Thermarum probatione. Basileæ, apud Ioan. Iac. Genathium, 1631, in 4.

IOANNES CVRIO

Arnoldi de Villanova, Enarrationes, in de conservanda bona Valetudine Scholæ Salernitanæ Opusculum, recognovit, & auxit. Pisis, 1484, in 4. Francofurti, 1612, in 12.

IOANNES DAMASCENVS, *Monachus Benedictinus, Filius Mesue, Filii Hamach, Filii Heli, Filii Abdela, Regis Damasci, Græcè scripsit, juxta alias Arabice. Floruit sub Adriano* IV, *Pontifice, A. C.* 1158. *Secundum alios, sub Friderico Barbarossa, Imperatore. A. C.* 1155. *VVolfg. Iustus in Chronol. Medicorum.*

Aphorismorum liber. Bononiæ, apud Platonem de Benedictis, 1489, in 4. Basileæ, apud Henricum Petri, 1579, in 8. cum Aphorismis Rabbi Moysis. Cum Rhazis Oper. Venetiis, 1497, in fol.

IOANNES DANIEL HORSTIVS

Manuductio ad Medicinam, de Præcognitis. Marpurgi, apud Ios. Dietericum Hampelium, 1648, in 8. 1657, in 12. Vlmæ, 1660, in 12.

Compendium Physicæ Hippocraticæ. Ibidem, apud eumdem, 1646, in 8.

Decas Observationum & Epistolarum Anatomicarum. Quibus singularia scitu digna, Lactearum nempe Thoracicarum, & Vasorum Lym-

phaticorum natura, Embryonisque per os nutritio, atque alia rariora exponuntur. Francofurti, apud Wilhelmum Serlinum & Georg. Fickwirthum, 1656, in 4.

Pharmacopæa Galeno-Chemica Catholica, post Renodæum, Quercetanum, aliosque hujus generis celeberrimos utriusque Medicinæ Doctores practicos adornata, selectisque medicamentorum compositionibus, experimentis, & observationibus Spagyricis rarissimis & novis, nec non morborum omnium appropriatis remediis probatissimis adaucta. Accesserunt Institutiones Pharmaceuticæ, methodo elegantissima præparandi Pharmaca, & doctrina de tota Materia Medica. Francofurti, apud Ioh. Godefredum Schönwetterum, 1651, in fol.

Anatome Corporis humani, tabulis comprehensa. Marpurgi, apud Chemlinum, 1639, in 4.

Ruminatio detectionis novæ sectæ Sennerto-Paracelsicæ D. Freitagii. Marpurgi, apud Chemlinum, 1640, in 4.

Malva arborescens lutea. Addita est replica adversus Augustini Thomeri Querimoniam. Giessæ Hassorum, 1654, in 4.

IOANNES DANIEL MYLIUS, *Vetteranus Hassus*

Opus Medico-Chymicum: continens tres tractatus sive Basilicas: quorum prior inscribitur Basilica Medica. Secundus, Basilica Chymica. Tertius, Basilica Philosophica. Francofurti, apud Lucam Iennis, 1618, in 4.

Quorum

Tractatus primus, seu Basilica Medica, continens tres libros seu partes de Salutifera Medicina antiqua Hippocratica. I, Physiologiam. II, Pathologiam. III, Therapeuticam succincte demonstrat.

Tractatus secundus, seu Basilica Chymica, continens libros septem. I, Anatomiam Auri: II, Argenti & Mercurii: III, Iovis, Martis, ac Veneris. IV, Tractat de Gemmis. V, Examinat Mineralia. VI, Vegetabilia resolvit. VII, Animalia explicat.

Tractatus tertius, seu Basilica Philosophica, continens libros tres. Horum prior continet Philosophorum ac Sapientum antiquorum Consilia super Lapidem Philosophorum seu Medicinam universalem. II Liber describit Chymicorum vasa & fornaces. III Liber explicat quædam Philosophorum obscura.

Operis Medico-Chymici, continentis tres tractatus sive Basilicas, Index geminus luculentissimus: ex quibus prior omnium & singulorum, quæ in eo continentur, Capitum summam: Posterior Res & Verba memorabilia exhibet. Francof. apud Lucam Iennisium, 1630, in 4.

Anatomia Auri, sive Tyrocinium Medico-Chymicum, continens in se partes quinque: quarum I, tradit Concordantiam & Harmoniam Solis cœlestis cum Auro terrestri: item auri definitionem & confusam multorum Physicorum de Auro opinionem. II, agit de Medicinis aureis, & Receptis antiquorum ac recentium Medicorum, Aurum ingredientibus, tam in simplici, quam præparata forma. III, de Auri potabilis præparatione tam vulgari, quam Philosophica. IV, Exhibet Usum medicinalem Auri potabilis tam communis, quam veri & Philosophici. V, demonstrat

Idéam

Idéam Lapidis in duodecim figuris. Francof. apud Lucam Iennisium, 1628, in 4.

Antidotarium Medico-Chymicum Reformatum, continens quatuor libros distinctos. Quorum primus Generaliora in pharmaciam requisita explicat. II, Tractat de quibusdam exoticis in nostris Basilicis omissis. III, Tradit præcepta Galenicorum & Chymicorum de præparatione medicamentorum. IV, Resolvit formas, & dividit medicamenta tam Galenicorum, quam Chymicorum. Francof. apud Lucam Iennis, 1620, in 4. apud Clem. Schleichium, 1638, in 4.

Pharmacopoea Spagyrico-Medica, sive Practica Galeno-Chymica, arcana, & universalis: ad omnis generis curandi morbos elaborata, nec non secretis remediis, Antidotis, Diaphoreticis, Elixiriis, Anodynis, Magisteriis & mysteriis, atque doctissimorum Medicorum tum Spagyricorum, tum Galenicorum auctoritate, eorumque compositionibus & experimentis variis exornata. Francof. apud Ioan. Godofr. Schönwetterum, 1628, in 8.

Pharmacopoeæ Spagyricæ, sive Practicæ universalis Galeno-Chymicæ liber secundus. Ad omnis generis curandi morbos, secretissimis remediis & experimentis elaboratus, nec non doctissimorum Medicorum tam Chymicorum quam Galenicorum auctoritate exornatus. Cui accessit Marci Cornacchini Methodus hactenus incognito modo, cito, & chymice curandi affectiones corporis, ab Humoribus copia vel qualitate peccantibus genitas. Francof. apud Theobaldum Schönwetterum, 1618, in 8.

Philosophia Reformata, continens libros binos. Primus liber in septem partes divisus est. Pars I, agit de generatione metallorum in visceribus terræ. II, tractat principia artis Philosophicæ. III, docet de scientia Divina abbreviata. IV, enarrat duodecim gradus sapientum Philosophorum. V, declarat Ambigua in hac divina scientia. VI, dicit de Recapitulatione artis divinæ Theorica. VII, ait de Artis Divinæ Recapitulatione Practica. Secundus liber continet authoritates Philosophorum. Francof. apud Lucam Iennis, 1622, in 4. Ibidem, 1638, in 4.

IOANNES DANTZIVS, *Astensis*

Tabulæ Simplicium Medicamentorum, quæ apud Dioscoridem, Galenum, & Plinium sunt, omnium, exceptis iis quæ ab animalibus sumuntur, facultates tam generales quam particulares, continentes, & eam quæ est ad principia sequelam, & omnia ad elementorum rationes consequantur, nec quicquam in iis reperiatur pugnans, mira industria evidentissime ob oculos spectanda, exponentes. Quas aliæ consequuntur tabulæ, eo judicio, doctrina, & compendio compositæ dispositæque, ut, simplicium viribus ex prioribus tabulis cognitis, primo aspectu Medicis ad plerosque morbos remediorum præsidia invenire promptissimum & facilimum sit. De Simplicium medicamentorum facultatibus in genere, deque iis tum ratione, tum experientia investigandis, Dialogi quatuor. Basileæ, apud Henricum Petri, 1543, in fol.

Vniversales Ioannis Mesuæ Canones, cum Iac. Sylvii Annotationibus in eosdem, una cum quamplurimis ex Galeni libris de Simplicium medicamentorum facultatibus. Accesserunt his Mesuæ præcipui loci communes

munes per Tabulas in ordinem compendiumque dispositi, ut sine negotio Medicus ob oculos positos totam artem Medicam percurrere possit, Georgio Pictorio auctore. Basileæ, apud Henr. Petri, 1545, in fol.

IOANNES DAVSTEN, *Anglus*

Visio, seu de Lapide Philosophorum liber. Extat Decade II Harmoniæ Chymico-Philosophicæ à Ioan. Rhenano collectæ. Francof. apud Conr. Eifridum, 1625, in 8.

Rosarium, secretissimum Philosophorum arcanum comprehendens. Extat cum tractatibus aliquot Chemicis editis Geisinariæ, 1647, in 8.

IOANNES DAVID RVLANDVS, *Ratisbonensis*

Pharmacopœa vera, in qua reposita sunt stercora & urinæ καὶ ἰυπόεισι, pro omnibus totius corporis morbis internis & externis perfacile ac optime curandis. Iam primum edita pro pauperibus, militantibus, & omnibus quibus in militia, itineribus, venationibus, rure, solitudine, vel alibi alia medicamenta non suppetunt. Noribergæ, apud Mich. Endterum, 1644, in 12.

IOANNES DEE, *Londinensis*

Monas hieroglyphica. Antverpiæ, apud Guiliel. Silvium, 1584, in 4. & Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8.

IOANNES DEETZIVS, *Torgensis*

De Arthritide Disputatio. Extat Decade v Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iac. Genathius, 1621, in 4.

IOANNES DEVCERVS

Tractatus de Thermis Ferinis Enzianis Ducatus Wirtembergici vulgo Wildbad. Argentorati, apud Casp. Diezelium, 1638, in 12.

IOANNES DIGOPIVS

Alchymia sive auri multiplicatio. Parisiis, apud Dionysium à Prato, 1573, in 8.

IOANNES DINCKELIVS

Oratio habita in Schola Gothana, de Clarissimo & opt. Viro D. D. Iustino Pezolto Medico, urbisque Patriæ Physico doctissimo. Erphordiæ, apud Ezaiam Mechterum, 1583, in 8.

IOANNES DIVRIVS, *Bellovacus*

Scrinium Medicinæ, sive Aphorismi, & Collectiones medicinales. Parisiis, apud Neobarium, 1536, in 8. Argentorati, apud Knoblochium, 1542, in 8.

IOANNES DOMINICVS MAGLIOCCA, *Parthenopolit.*

Disputationum Medicarum Physiologicarum, Ætiologicarum, Semeioticarum, Therapeuticarum pars prima. Neapoli, 1631, in fol.

Earundem disputationum tomi primi pars secunda. Ibidem, 1631, in fol.

Earundem disp. tomi primi pars tertia. Ibid. eodem anno & forma.

IOANNES DOMINICVS SALA, *Patavinus*

De Natura Medicinæ libellus, in quo Prolegomena explicantur. Patavii, apud Societatem Patavinam, 1628, in 4.

Ars Medica, in qua Methodus & præcepta omnia Medicinæ curatricis

tricis & conservatricis explicantur. Patavii, 1614, in 4. Venet. apud Euangelistam Deuchinum, 1620, in 4. Ex secunda Editione, aucta, correcta, addito rerum memorabilium indice. Patavii, apud Bolzetta, 1641, in 4.

De Alimentis, & eorum recta administratione, liber. In quo primo ex recensu omnium differentiarum Alimentorum, tum optima eliguntur, tum idonea pro quacunque constitutione; deinde recta administrationis præcepta traduntur. Patavii, apud Ioannem Bapt. Martinum, 1628, in 4.

IOANNES DONATELLVS, *Castilionensis*

De Febre maligna disputatio cum Theodoro Angelutio, &c. de ejusdem malignæ febris natura & curatione differente. Venetiis, apud Rob. Mejettum, 1593, in 4.

IOANNES DONATVS SANCTORIVS, *Laurinas*

Liber de Semine, nec non de ejus virtute informativa. Neapoli, apud Matthiam Cancrum, 1554, in 4. Epistolæ Medicinales. Neapoli, 1627, in 4.

IOANNES de DONDIS, *Patavinus*

De Fontibus calidis Agri Patavini liber. Extat pag. 94 Operis Veneti de Balneis.

IOANNES DRAGOIÆVVS

Theriaca atque mithridatium duo antiquissima nobilissimaque Græcorum antidota, contra tertium quendam recens nunc atque ex improviso de cœlo delapsum Catonem studiose propugnata ac defensa. Francofurti, 1552, in 8.

IOANNES DRYANDER, *Germanus, Medicus Doctor, & Mathematicus Gymnasii Marpurgensis Cattorum doctissimus. Inclaruit A. C.* 1536. *Iustus in Chronol. Medic.*

Anatomicæ, hoc est, corporis humani dissectionis pars prior: in qua singula quæ ad caput spectant, membra & partes recensentur, cum figuris & iconibus. Item Anatomia Porci, ex traditione Cophonis. Et Anatomia Infantis ex Gabriele de Zerbis. Marpurgi, apud Eucharium Cervicornum, 1573, in fol.

De Balneis Enisensibus, liber. Marpurgi, apud Cervicornum, 1535, in 8. & Operis Veneti de Balneis pag. 290.

Ioa. Vochs: Opusculum, de Pestilentia anno M D VII repurgatum edi procuravit.

IOANNES DVGO PHILONIVS

De regimine sanitatis libellus. Extat cum reliquis ejusdem scriptis, Basileæ, apud Oporinum, 1553, in 8.

IOANNES DVMBELEIVS, *de Anglia*

Hortus Amoris, in quo docetur creatio verissimæ arboris Philosophicæ. Extat Decade II Harmoniæ Chymico-Philosophicæ, studio Ioannis Rhenani collectæ. Francofurti, apud Conrad. Eifridum, 1625, in 8. Ejusdem Practica vera Alchymiæ; & Via universalis, ibidem extant.

IOANNES DVRANTIVS CASSELIVS

In Duretum & Martinum Medicos Parisienses Apologeticus Primus.

mus. Ad Iosephum Scaligerum Iul. Cæs. F. Magistophorus primus Ioh. Martini, Philippo Constantio Autore. Parisiis, 1579, in 8.

IOANNES DVVALLIVS, *Pontesianus*

Aristocratia humani corporis. Parisiis, apud Francisc. Iaquin, 1615, in 8.

IOANNES EBERHARDVS, *Gryphiswaldensis*

De Angina Disputatio. Extat Decade v Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioan. Iacob. Genathius, 1621, in 4.

IOANNES ECHTIVS

De Scorbuto, vel Scorbutica passione, Epitome. Extat cum Dan. Sennerti de Scorbuto tractatu. Witebergæ, apud Zach. Schurerum, 1624, in 8.

IOANNES ELYSIVS, *Neapolitanus*

Breve Compendium de Balneis totius Campaniæ; item Ænariæ insulæ, ejusdemque mirabili incendio. Extat pag. 209 Operis Veneti de Balneis.

IOANNES ERNESTI

De Oleis variis arte Chymica destillatis tractatus. Extat cum Praxi Chymiatrica Ioannis Hartmanni. Francofurti, apud Casparum Rotelium, 1634, in 8.

IOANNES ERNESTVS BVRGGRAVIVS, *Neustad-Electoralis*

Biolychnium, seu lucerna cum vita ejus, cui accensa est Mystice vivens jugiter; cum morte ejusdem expirans; omnesque affectus graviores prodens. Huic accessit Cura morborum magnetica ex Theophrasti Paracelsi Mumia: itemque omnium venenorum Alexipharmacum. Francof. apud Wilh. Fitzerum, 1629, in 8.

Achilles πάνοπλος redivivus, seu Panoplia Physico-Vulcania, in prælio φίλοπλος in hostem educitur sacer & inviolabilis. Cui præmissa est Marcelli Vranckheim ἐπίκελσις σοχαστικὴ ad Achillem πανυπερόπλόμαχον. Amsterodami, apud Henr. Laurentium, 1612, in 8.

Lampas vitæ & mortis omniumque graviorum in homine παθῶν index. Cui annexa est Cura morborum Magnetica ex Theoph. Paracelsi Mumia: itemque omnium venenorum Alexipharmacum. Lugd. Batav. apud Henr. ab Haestens, 1610, in 8.

Introductio in Vitalem Philosophiam, cui cohæret omnium morborum astralium & materialium, seu morborum omnium elementatorum & hæreditariorum ex libro naturæ, codice Philosophiæ, & medicæ veritatis, additis veterum placitis, Hippocratis, Galeni, Celsi, aliorum explicatio atque curatio. In speciali morborum explicatione agitur de curationum mysteriis, indicationum compendiis, remediorum arcanis, & primum Galeni ac aliorum veterum medicamenta proferuntur: deinde Paracelsi, Thurnheiseri, Quercetani, aliorumque Neotericorum Philosophorum experientia demonstratur, medicamenta omnium morborum, ex anatomia & arte signata, tam simplicia, quam composita ostendendo. Francof. apud Ioh. Ammonium, 1543, in 4.

De Acidulis Schwalbacensibus Epistola, extat cum Responsis Medicis, quæ Helvicus Dietericus edidit Francof. apud Matthæum Merianum, 1631, pag. 70.

IOAN-

IOANNES ERNESTUS SCHEFFLER

Perutilis luculenta methodus, qua omnes in universum Hipp. Aphorismi in gratiam tyronum studiosorum in certam seriem secundum diversas artis medicæ materias, varias Medici actiones, ac omnes totius corporis humani affectus accurate digesti ac dispositi sunt. Lugd. Batav. apud Ioan. Maire, 1633, in 32.

IOANNES EUSEBIUS NIEREMBERGIUS, *Madritensis*

Historia Naturæ, maximæ peregrinæ, Libris XVI. distincta. In quibus rarissima Naturæ arcana, etiam astronomica, & ignota Indiarum animalia, quadrupedes, aves, pisces, reptilia, insecta, zoophyta, plantæ, metalla, lapides, & alia mineralia, fluviorumque & elementorum conditiones, etiam cum proprietatibus medicinalibus, describuntur; novæ & curiosissimæ quæstiones disputantur, ac plura Sacræ Scripturæ loca erudite enodantur. Accedunt de miris & miraculosis Naturis in Europa, Libri duo: item de iisdem in Terra Hebræis promissa, Liber unus. Antverpiæ, apud Balthasarum Moretum, 1635, in fol.

IOANNES EWICIUS, *Bremensis*

De officio fidelis & prudentis Magistratus tempore pestilentiæ Rempubl. à contagio præservandi liberandique, libri duo. Neapoli Nemetum, apud Matthiam Harnisch, 1582, in 8.

Hippocratis de Natura humana, libellus genuinus & elegans; novo Gymnasio Bremensi propositus. Cum brevi εἰσαγωγῇ ejusdem, & Hippocratis vitæ ἐπιτομῇ. Bremæ, apud Theod. Gluickstein, 1584, in 4.

IOANNES FABER

Oratio funebris de nobili & experientiss. V. Dn. Andrea Planero, habita Tubingæ; ibidemque apud Cellium, 1607, in 4, edita.

De Calculis in corporis humani partibus inventis, Epistola, extat cum Greg. Horstii Observat. Medicinal. singular. lib. IV posterioribus. Vlmæ Suevorum, apud Saurium, 1628, in 4.

IOANNES FABER, *Bambergensis*

De Nardo & Epithymo adversus Iosephum Scaligerum Disputatio. Qua plantarum istarum vera descriptio continetur. Dioscoridis, Propertii, & Ovidii loca declarantur, & à corruptela defenduntur: Medicorum denique & Pharmacopœorum honos à Scaligeri calumniis vindicatur. Romæ, apud Barthol. Facciottum, 1606, in 4. apud Guilielmum Facciottum, 1607, in 4.

In Nardi Antonii Recchii rerum Medicarum novæ Hispaniæ volumen, Annotationes. Extant cum Ioannis Terentii Lyncei Thesauro, in fol. pag. 465.

IOANNES FABRICIUS, *Montanus*

Differentiæ animalium quadrupedum, secundum locos communes. Opus ad animalium cognitionem apprime conducibile. Tiguri, apud Gesneros FFR. 1555, in 8. huic accedunt Similitudinum ab omni animalium genere desumptarum libri sex, ex optimis quibusque Authoribus sacris & profanis, Græcis & Latinis, per Othonem Werdmullerum collecti, & pulcherrima methodo digesti.

Epistola Medica extat cum Cista Medica Ioan. Hornungi. Noribergæ, apud Sim. Halbmayerum. 1625, in 4.

IOAN-

IOANNES FALCO, *Hispanus Medicus, suo tempore excellens, in Monte-Pessulano. Vixit A. C. 1504. Iustus in Chronol. Medic.*

Additiones ad Practicam Antonii Guainerii. Papiæ, apud Bernardinum de Geraldis, 1518, in 4. cum aliis Guainerii operibus.

IOANNES FERNELIVS, *Ambianus, Parisiensium Medicorum Coriphæus. Floruit circa A. C. 1548. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit. Scribere incepit A. C. 1526. Iustus in Chronol. Medic.*

Vniversa Medicina. Quæ continet Physiologiæ lib. VII. Pathologiæ lib. VII. Therapeuticæ universalis, seu Medendi rationis lib. VII. atque in septimum horum Guil. Plantii Cenomanni doctissima Scholia. Febrium curandarum methodum generalem. De luis venereæ curatione perfectissima, librum. Consilium Epileptico præscriptum. De Abditis rerum causis lib. II. Consiliorum lib. Cui accesserunt Responsa quædam clarorum Medicorum Parisiensium. Lutetiæ, 1567, in fol. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, Marnium & Aubrium, 1592, in fol. apud eosdem, 1607, in 8, 2 voll. Hanoviæ, apud Ioan. & Andr. Marnium, 1610, in fol. Parisiis, apud Ioan. Veyrat & Thom. Soubron, 1662, in fol. Lugduni Batav. apud Franc. Hackium, 1645, in 8. duobus voll. Nova hac editione, quæ obscura erant, illustrata: quæ deficiebant, suppleta sunt. Cum Notis, Observationibus & Remediis secretis Iohannis & Otthonis Heurnii Vltrajectini, Aliorumque præstantissimorum Medicorum, & cum indice locupletissimo, apud Gisb. à Zyll & Theod. ab Ackersdyck, 1656, in 4.

Series eorum quæ continentur in hac editione:

Typographus hujus Editionis, Emptori.
Vita Fernelii, auctore G. Plantio.
Elogia Fernelii.
G. Plantii præfatio ad Lectorem.
Index Capitum.
Ioan. Fernelii ad Henricum II. Regem Gall. epistola: & in Medicinam suam præfatio.
Ejusdem Physiologiæ libri VII.
Ejusdem Pathologiæ libri III.
Ioannis Magiri appendix de signis prognosticis.
Ioan. Fernelii Therapeutices universalis, seu medendi rationis, libri VII.
Ejusdem Pathologiæ liber IV.
Ejusdem febrium curandarum methodus generalis.
Ejusdem Pathologiæ libri V, VI.
De Luis Venereæ curatione perfectissima liber.
Ejusdem Pathologiæ liber VII.
Ejusdem de Abditarum rerum causis libri II.
Ejusdem Consiliorum medicinalium liber.
Index locupletissimus.

Seorsim edita sunt:

De Vacuandi ratione liber. Parisiis, apud Christianum Wechelum, 1545, in 8. Lugduni, apud Ioan. Tornæsium, 1548, in 8. Venetiis, 1549, in 8. Francof. apud Ioa. Saurium, 1612, in 12. Cum Schola Salernitana.

Emissi sanguinis Observatio. Extat cum Schola Salernitana. Francofurti, 1651, in 12.

Febrium curandarum Methodus generalis. Francofurti, 1577, in 8.

Experimenta Medicamentorum facile parabilium liber. Francofurti, 1570, in 8.

De

De Luis Venereæ, sive morbi Gallici curatione perfectissima liber. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1579, in 8. Patavii, apud Paulum Mejettum, 1580, in 8. Operis Veneti de Morbo Gallico, pag. 524.

Consiliorum medicinalium liber. Ex ejus adversariis Quadringentarum Consultationum selectus. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1585, in 8. Parisiis, apud Ægidium Beysium, 1585, in 8. Cui accesserunt, Responsa quædam clarorum Medicorum Parisiensium. Francof. 1593, in 8. Hanoviæ, 1607, in 4.

De Abditis rerum causis libri duo. Parisiis, apud Andr. Wechelum, 1560, in 8.

Disputatio de partu cujusdam infantulæ Agennensis, An sit septimestris an novem mensium? Extat parte VI Operum Iacobi Sylvii. Coloniæ Allobr. apud Iacobum Choüet, 1630, in fol.

Therapeutices Vniversalis lib. VII. Lugd. 1569, in 8.

IOANNES FERRANDVS, *Pictaviensis*

De Nephrisis & Lithiasis, seu de renum & vesicæ calculi definitione, caussis, signis, prædictione, præcautione, & curatione. Ex Hippocrate, Dioscoride, Galeno, Avicenna, Aëtio, & Paulo Ægyneta, aliisque celeberrimis Medicis collectis. Parisiis, apud Mich. Somnium, 1570, in 8. Ibidem, 1601, in 12.

De Febribus libellus, ex variis auctoribus collectus. Parisiis, apud eundem, 1602, in 12.

IOANNES FICHARDVS, *Francofordianus*

Galeni, de libris propriis, Latine reddidit. Item ejusdem, de Ordine librorum suorum ad Eugenianum.

Item, Quo modo morbum simulantes sint deprehendendi.

De parvæ pilæ lusu Ioanne Fichardo interprete. Lugduni, 1555, in 12.

IOANNES FIENVS, *Antverpianus*

De Flatibus humanum corpus molestantibus, commentarius novus, ac singularis. In quo Flatuum natura, causæ & symptomata describuntur, eorumque remedia facili & expedita methodo indicantur. Antverpiæ, apud Henr. Henricium, 1582, in 8. Francof. apud Sanctandream, 1592, in 8. cum notis Levini Fischeri emendatior. Hamburgi, apud Henr. Wernerum, 1644, in 12. Amstelodami, 1643, in 12.

IOANNES FILESACVS

Medicinæ defensio adversus Plinium Majorem. Excerpta ex libro primo Selectorum. Lutetiæ Parisiorum, apud Sebast. Cramoisy, 1618, in 8. cum aliis ejusdem.

IOANNES FINCELIVS

Tractatus de Peste. Wittebergæ, 1598, in 8.

IOANNES FISCHARTVS

Onomastica Duo. Primum Philosophico-Medicum. Alterum Theophrasticum. Argentorati, 1574, in 8.

IOANNES FOENISECA

Physica Medicinæ subalterna. Extat cum ejusdem reliquis scriptis. Augustæ Vind. 1515, in 4.

IOANNES FOLLINUS, *Sylvaducensis*

Synopsis tuendæ & conservandæ bonæ valetudinis. Sylvæducum, 1646, & 1648, in 12. Coloniæ, 1646, in 12.

Tyrocinium Medicinæ Practicæ, ex probatissimis Autoribus digestum, & tam simplicibus, quam compositis adornatum medicamentis, tam pro conservanda valetudine, quam curandis morbis. Coloniæ Agrippinæ, apud Viduam Hatsgeri Weringii, 1648, in 12.

Speculum Naturæ Humanæ, sive Mores & Temperamenta hominum, usque ad intimos animorum secessus, cognoscendi modus. Ex Belgico in Latinum idioma translatum. Coloniæ Agrippinæ, apud Iodocum Kalcovium, 1649, in 12.

IOANNES FONTANUS

Fons scientiæ cupidorum. Lugd. apud Ioa. Tornæsium, 1547, in 16.

Physiognomia Aristotelis ordine compositorio edita, ad facilitatem doctrinæ. Commentariis illustrata brevissimis, & propter methodum præspicuam, facilimis. In gratiam eorum præsertim qui mores hominum præspicere student. Parisiis, apud Ioannem Paquet, 1611, in 8.

IOANNES FORGET, *Lotharingus*

Artis signatæ designata fallacia. Nanceji, apud Antonium Charlot, 1633, in 8. Tractat autem de Signaturis plantarum.

IOANNES FRAGOSUS, *Toletanus*

De Chirurgia, liber. De Evacuationibus, liber. Et Antidotarium. Matriti, apud Gomesium, 1581, in fol.

Aromatum, fructuum, & simplicium aliquot medicamentorum ex India utraque, & Orientali, & Occidentali, in Europam delatorum, quorum jam est usus plurimus, historia brevis, utilis, & jucunda. Ex Hispanico in Latinum conversa opera Israëlis Spachii Argentinensis. Argentinæ, apud Iod. Martinum, 1601, in 8.

De Succedaneis medicamentis liber. Ejusdem Animadversiones in quamplurima medicamenta composita, quorum est usus in Hispanicis Officinis. Mantuæ, apud Petrum Cosin, 1575, in 8. Matriti, apud Gomesium, 1583, in 4.

De Medicamentorum compositione. Matriti, 1575, in 4.

IOANNES FRANCISCUS ARMA, *Clavassiensis*

Examen trium specierum Hydropum, in dialogos deductum. Taurini, apud Martinum Cravotum, 1566, in 8.

De Pleuritide liber. Taurini, apud Martinum Cravotum, 1549, in 8.

De Vesicæ & Renum affectibus liber. Bugellæ, 1550, in 8.

IOANNES FRANCISCUS ARQUATUS

Medicus reformatus ob varias in Medicina κακοζηλίας, seu abusus; quem è tenebris veluti in gurgustio habitantem eripuit, ac in lucem apertam eduxit, & à summa rerum ignoratione liberavit. Venetiis, apud Petrum Cieram, 1608, 1618, in 4.

Medici reformati pars altera. Ibid. apud eundem, 1621, in 4.

IOANNES FRANCISCUS BOCHALINUS, *Asulanus*

Apologia adversus aliquot Donati Mutii in Hippocratem & Galenum Convitia. Ac ejusdem de secanda vena in prægnantibus, Epistola. Brixiæ, apud Ludov. Britannicum, 1549, in 4.

De

De causis Pestilentiæ Venetæ anni 1556. Venetiis, 1556, in 8.

IOANNES FRANCISCVS BRANCALEON, *Neapolitanus, Medicus clarus Romæ, sub Paulo* III, *Papa. Vixit circa A.C.* 1535. *Iustus in Chronol. Medic.*

Dialogus de Balneorum utilitate cum ad sanitatem tuendam, tum ad morbos curandos, ex Hippocrate, Galeno, cæterisque Medicis excerptus. Parisiis, apud Wechelum, 1536, in 8. & pag. 240 Operis Veneti de Balneis. Noribergæ, eodem anno, in 8.

IOANNES FRANCISCVS DVRATIVS

Galeni de Locis affectis libri sex: cum eruditissimis commentariis. In quibus totus fere medicinæ thesaurus reconditus est. Venetiis, apud Iord. Zilettum, 1557, in 8.

IOANNES FRANCISCVS de FRANCISCO

De Venæ sectione contra Empiricos. Neapoli, apud Camillum Caballum, 1655, in 12.

IOANNES FRANCISCVS LOMBARDVS, *Neapolitanus*

De Puteolanis aquis liber; continens Synopsin auctorum omnium, qui hactenus de Balneis, aliisque miraculis Puteolanis scripsere, una cum Scholiis super locis obscurioribus. Neapoli, 1547, in 4.

De balneis Puteol. & Ænariarum. Venetiis, 1566, in 4.

IOANNES FRANCISCVS PICVS, *Mirandulæ Dominus*

Libri tres de Auro. Opus sane novum ac aureum, in quo de auro tum æstimando, tum conficiendo, tum utendo ingeniose ac docte disseritur. Venetiis, apud Ioa. Bapt. Somaschum, 1586, in 4. Ferrariæ, 1587, in 8. & Volumine secundo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8. Vrsellis, apud Corn. Sutorium, 1598, in 8. Accessit Bernhardi Comitis antiqui Trevirensis περὶ χημείας opus historicum, & dogmaticum, ex Gallico in Latinum simpliciter versum, & nunc primum editum.

De Phantasia liber, in quo quæ imaginationis facultas, & natura quoque ei erroris causa sit, quibusque Remediorum præsidiis ei occurri possit. Basileæ, 1536, 1566, in 8.

IOANNES FRANCISCVS ROSSELLVS, *Catalanus*

Ad sex libros Galeni de differentiis, & causis morborum, & symptomatum Commentarii. Volumen primum. Huic subjunctæ sunt ejusdem Epistolæ, altera ad Andream Laurentium in Monspeliensium Academia: altera ad Ioannem de Caravajal in Lyceo Hispalensi publicos Medicinæ Professores. Barcinonæ, apud Sebast. & Iacobum Mathevatos, 1627, in fol.

IOANNES FRANCISCVS ROTA, *Bononiensis*

De Introducendis Græcorum medicamninibus liber. Commentarius sane in Galeni librum de compositione medicamentorum per genera. Bononiæ, apud Anselmum Giaccarellum, 1553, in fol.

De tormentariorum vulnerum natura ac curatione liber. Francof. apud Georg. Corvinum, 1575, in 4. Antverpiæ, apud Arnoldum Coninx, 1583, in 4. cum Alphonsi Ferrii, & Botalli ejusdem argumenti libris.

IOANNES FRANCISCVS VLMVS, *Brixianus*

De occultis in re medica proprietatibus, libri IV. Brixiæ, 1598, in 4.

De certa ratione judicandi ex urinis, libri quatuor. Venetiis, apud Hieron. Polum, 1578, in 8.

IOANNES FRANCVS

De Arte Chymica ejusque cultoribus epistolæ IV. Budissinæ, 1610, in 4.

IOANNES FREINSHEMIVS

Dissertatiuncula de Calidæ potu. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1636, in 8.

IOANNES FREITAGIVS

Disputatio Medica, Calidi innati essentiam juxta veteris Medicinæ & Philosophiæ decreta explicans, opposita Neotericorum & novatorum paradoxis. Respondente Conrado Walthero Hamburgensi. Groningæ, apud Ioa. Sas, 1632, in 8.

Disputatio Medico-Philosophica de Formarum origine, adversus venerandæ antiquitati repugnantem Neotericorum doctrinam exhibita. Respondente Henrico Welman, Groningano. Groningæ, apud Ioa. Sas, 1633, in 8.

Disputatio Medica de Morbis Substantiæ, & cognatis quæstionibus contra hujus temporis novatores & paradoxologos. Respondente Iacobo Martini, Dantiscano. Groningæ, apud Ioa. Sas, 1632, in 8.

Aurora Medicorum Galeno-Chymicorum: seu de recta purgandi methodo è priscæ Sapientiæ decretis postliminio in lucem reducta, & medicamentis purgantibus simplicibus, compositisque tam veterum, quam Neotericorum & Chymiatrorum lib. IV, selectis observationibus & ad omnes pene morbos remediis, ad instar Dispensatorii Vniversalis, propria experientia comprobatis, & secretioribus multifariam referti. Francof. apud Ioa. Theobaldum Schönwetterum, 1630, in 4.

Noctes Medicæ, sive de Abusu Medicinæ tractatus, quo universum medicastrorum examen, Empiricorum modernorum uberrima annona, uromantes seu lotiophysici, agyrtæ, ophthalmici, dentifranguli chirurgi, genethliaci, seplasiarioinstitores, myropolæ, pseudochymici, umbratici doctores Paracelsistarum sectæ, magomedicastri, sagæ & superstitiosam vulgo curam exercentes perstringuntur, de magia vetita & magorum suppliciis agitur, artis Paracelsicæ fundamenta luculenter traduntur, examinantur, & evertuntur, scitu necessariæ & jucundæ omnibus omnium facultatum studiosis quæstiones moventur. Accessit dissertatio perspicua de sanitate & morbo novis veterum opinionum flosculis respersa. Francof. apud Ioan. Bringerum, 1616, in 4.

De Opii natura, & medicamentis opiatis ad omnes totius corporis affectus probatissimis,& recta,rationali,hactenusque inexplicata iis utendi methodo, Liber singularis. Cui de nova Phthisin curandi ratione consilium, & diversæ consultationes medicinales sub finem accessere. Groningæ, apud Ioan. Sas, 1632, in 8. Lipsiæ, apud Henningum Grossium, 1635, in 8.

Oratio Panegyrica de Persona & Officio Pharmacopœi, & Pharmacopolio rite recteque instruendo. Groningæ, apud Ioan. Sas, 1633, in 4.

De Lithotomia, seu Calculi vesicæ sectione Consultatio. Extat cum

Ioan.

Ioan. Beverovicii lib. de Calculo. Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

Detectio & solida refutatio novæ sectæ Sennerto-Paracelsicæ recens in Philosophiam & Medicinam introductæ, qua antiquæ veritatis oracula, & Aristotelicæ ac Galenicæ doctrinæ fundamenta convellere & stirpitus eruderare moliuntur novatores. Amstelredami, apud Ioan. Iansonium, 1636. apud Guil. Blaeu, 1637, in 8.

IOANNES FRIDERICVS FLORVS, *Argentinensis*

Consultatio Medica de curando melancholico. Extat Orationum Argentinensium tomo 1, pag. 512. edit. Argentorati, apud Laz. Zetznerum, 1611, in 8.

IOANNES FRIDERICVS SCHROTERVS

De omnibus in universum totius corporis humani humoribus liber. Patavii, apud Laurentium Pasquatum, 1582, in 4.

Commentaria in librum Hippocratis περὶ φύσεως ἀνθρώπου; quibus adjectæ sunt digressiones duæ ejusdem Authoris, de propagatione & Auctoribus Philosophiæ. Nec non de præcipuis illustrium philosophorum ante Aristotelem circa principia generationis, opinionibus. Ienæ, apud Tobiam Steinman, 1585, in 8.

IOANNES FRIDERICVS WERDENBERGIVS.

Tractatus de Febribus, decerptus ex Victoris Trincavellii prælectionibus, ac commentariis supra Galenum de differentiis febrium, & librum primum Artis curativæ ad Glauconem. Extat cum Andr. Christiani Ripensis Enchiridio medico. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1607, in 8.

De terebratione Suturarum Epistola, extat cum Guil. Fabr. Hildani Observat. Chirurg. Cent. II. Genevæ, apud Petrum Choüet, 1611, in 8. pag. 33. Francof. 1646, in fol.

De signis veneni intra corpus sumpti, & fraudibus Empiricorum circa assumpta venena, Epistola. Extat ejusdem Observ. Cent. V. Francof. apud Matth. Merianum, 1627, in 4, pag. 127.

IOANNES FVCHSIVS, *Buthon*

Compendium Abusuum autoritate Galeni & Hippocratis damnatorum, cum pro novitiis Medicis, tum pro illis, qui Medicina & sanguinis detractione utuntur. Monachii, apud Corn. Leysserium, 1629, in 8.

IOANNES de GADESDEN, *dictus etiam* IOANNES ANGLICVS. *In medicinis multum Empiricus. Philosophus non vulgaris. Vixit circa A.C. 1537. Iustus in Chronol. Medic.*

Rosa Anglica dicta, quatuor libris distincta: de Morbis particularibus: de Febribus, de Chirurgia, de Pharmacopœa, emendatior & in meliorem redacta ordinem, recens edita opera ac studio Clar. Viri Doct. Philippi Schopffii, Medici Physici Durlacensis, in Medicinæ studiosorum gratiam. Additæ sunt ad calcem libri quædam Annotatiunculæ. Augustæ Vindel. apud Michaëlem Mangerum, 1595, in 4. Papiæ, apud Moysium de Castello Comensis, 1492, in fol. emendante Nicolao Sylvatico Siculo, Venetiis, apud Octav. Scotum, 1516, in fol.

IOANNES GALLEGO de la SERNA, *Malachensis*

Opera Physica, Medica, Ethica, quinque tractatibus comprehensa: quorum

quorum I, agit de Principiis generationis omnium viventium. II, De conservatione infantis in utero, de bono & malo pariendi modo, & de summo naturæ artificio quod servat in partu, nec non de obstetricis officio. III, De Puerorum alendi ratione, & sanitate tuenda, qui & de Calculi, & Epilepsiæ præcautione, & curatione. IV, De communi puerorum educandorum ratione, inscriptus Ethica puerorum. V, De Optimi Regis educandi ratione. Lugduni, apud Iacobum & Petrum Prost FFR. 1634, in fol.

Recte ac dogmatice medendi vera methodus. Opus novum, multorumque insignium experimentorum & præceptorum certissimorum rationibus illustratum. Parisiis, apud Antonium Bertier, 1639, in fol.

De Naturali Animarum origine invectiva adversus Danielem Sennertum. Bruxellæ, apud Franciscum Vivienum, 1640, in 4.

IOANNES GANIVETUS

Amicus Medicorum, continens differentias, I, De numero cælestium orbium, &c. II, De distinctione Zodiaci, &c. III, De inquisitione Epidemiorum & mortis. IV, De modis conservandi sanitatem, & obviandi ægritudinibus. Cui accesserunt; Opusculum, Cœli enarrant. Liber Abrahami Aben Ezræ de Diebus criticis. Directorium de Figura cœli in Amicum Medicorum. Et Astronomia Hippocratis. Omnia primum à Gondisalvo Toledo emissa, &c. Francof. apud Iacobum Fischerum, 1614, in 12. Lugduni, apud Ioan. Trechsel, 1496, in 4. apud Ioan. Clein, 1508, in 4.

IOANNES GARLANDIUS, *Anglus*

Compendium Alchymiæ, cum Dictionario ejusdem artis, & de Metallorum tinctura, præparationeque eorundem, Libello. Adjecta est ejusdem Compendii per Arnoldum de Villanova explicatio. Cum tractatu de Salium Aluminumque varietate, compositione & usu, scriptoris incerti. Basileæ, apud Basilium Io. Herold, 1560, in 8.

IOANNES GEBELIUS

Διαγραφὴ thermalium aquarum apud Hermunduros sitarum, prope Annæbergum, & Wolkensteinium, in duos distincta libros. Cui accessit appendix Thermarum Germaniæ. Lipsiæ, apud Ioan. Steinman, 1576, in 8.

IOANNES GELLIUS

De Internis oculorum affectibus disputatio. Extat decade VII disputationum Basiliensium à Gennatio editarum Basileæ, 1631, in 4.

IOANNES GEORGIUS AGRICOLA

Cervi excoriati & dissecti in Medicina usus. Ambergæ, 1603, in 4.

IOANNES GEORGIUS BRENGGERUS, *Kaufbyrensis*

Literæ ad Philippum Hechstetterum, de quibusdam observatis & dubiis in Observationibus ab eo editis. Extant cum iisdem Augustæ Vindel. apud Andr. Apergerum, 1624, in 8.

IOANNES GEORGIUS GODELMANNUS

De Magis, Veneficis, & Lamiis, deque his recte cognoscendis, & puniendis. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1601, in 4.

IOANNES GEORGIUS GROSSIUS

Compendium Medicinæ ex Scriptura Sacra depromtum: nec non ad

ad eandem recte intelligendam, accommodatum: atque adeo nihil à Theologiæ studiosis alieni, aut peregrini tradens. Ipsa quidem Praxi, ut & Theoria penitiori, relicta iis, quorum est propria. Basileæ, apud Ludov. Regem, 1620, in 8.

IOANNES GEORGIVS MACASIVS

Promptuarium Materiæ medicæ, sive Apparatus ad Praxin Medicam, libris duobus adornatus. Quorum prior, de Viribus Medicamentorum in genere. Posterior vero, de iisdem in specie, seu de Medicamentis cuique morbo & Symptomati propriis agit. Francof. apud Ioa. Bayerum, 1654, in 8,

IOANNES GEORGIVS MVLLERVS

Hermes Academicus, sive tractatus eruditissimus olim sub titulo consilii Historiæ Vniversitatis scribendæ à Christophoro Mylæo Italo conscriptus. Ienæ, 1624, in 8.

IOANNES GEORGIVS PELSHOFERVS

Ioan. Beguini Tyrocinium Chymicum, notis & remediis Christoph. Gluckradt & Ierem. Barthii auctum edidit.

Ioan. Hartmanni Tractatum Physico-medicum de Opio edidit.

Disputatio de Sputo Sanguinis. Extat decade VII Disputationum Basileensium, 1631, in 4.

IOANNES GEORGIVS SCHENCKIVS, *à Graffenberg*

Παρατηρήσεων sive Observationum medicarum, rararum, novarum, admirabilium, & monstrosarum volumen, tomis septem de toto Homine institutum. In quo, quæ Medici doctissimi & exercitatissimi Abdita, vulgo incognita, gravia, periculosaque, circa Humani corporis Anatomen & fabricam, ejusdemque Morborum causas, signa, eventus, & curationes accidere compererunt, Exemplis utplurimum & Historiis proposita exhibentur. Multa quidem & varia lectione ab Authore conquisitum, sed retractatius à Ioh. Georgio Schenckio Filio, Hagenoënsium Alsatiæ Poliatro per tertiationem illustratum. Continentur præterea hoc Opere illustrium ætatis nostræ Medicorum Asclepiadarum ἀνέκδοτα complura, & nunquam publicata Exempla memorabilia, quorum Auctores singulari elencho traduntur. Francof. apud Nicol. Hoffmannum, 1609, in fol. Lugduni, apud Ioannem Caffin, 1644, in fol.

Biblia Iatrica, sive Bibliotheca medica macta, continuata, consummata. Qua velut Favissa, Auctorum in Sacra Medicina scriptis cluentium, Reique Medicæ Monumentorum, ac Divitiarum Thesaurus cluditur. Francof. apud Ioa. Spiessium, 1609, in 8.

Lithogenesia, sive de Microcosmi membris petrefacti, & de Calculis eidem Microcosmo per varias matrices innatis: Pathologia historica, per Theoriam, & Autopsian demonstrata. Accessit Analogicum argumentum ex Macrocosmo de Calculis brutorum corporibus innatis. Quibus concretio portentosa ex Panspermio Semine viscoso & bolari per salis spiritum coagulato illustratur: Cui deinceps dissolutionis secunda pars & Germana soror associabitur. Francof. apud Matthiam Beckerum, 1608, in 4.

De Formandis Medicinæ studiis & Schola Medica constituenda Enchiridion selectum. Quo clariss. aliquot Philosophorum & Medicorum,

rum, Hier. Mercurialis, Iacobi Sylvii, Honorati Castellani, Placotomi & Alberti Wimpinæi Methodi & Epigraphæ continentur. Argentorati, apud Conradum Scher, 1607, in 12. Basileæ, apud Ludovicum König, anno, forma iisdem.

Exotericorum experimentorum ad varios morbos Centuriæ VII. In quibus remedia rara, selecta & comprobata ad morbos omnis generis tuto percurandos, ex probatissimis nostri seculi Medicis, qui vel in primariis Academiis, vel in Magnatum (puta Cæsarum, Regum, & Principum) Aulis, vel denique præcipuis Civitatibus, docenda faciendaque Medicina inclaruere, diligenti opera congesta, exhibentur. Francof. apud Ioan. Spiessium, 1607, in 8.

Pandectarum, sive Partitionum medicinalium liber quartus. Qui, τὸ σημειωτικὸν, hoc est, tum probæ, tum adversæ valetudinis Signa: Salubria, Insalubria, & Neutra: eaque vel Diagnostica, vel Prognostica, vel Anamnestica continet: tum quis Morborum decursus, quis exitus futurus sit demonstrat. Francof. apud Ionam Rhodium, 1607, in 12. His additi sunt: Helideus de Padoanis ex Forolivio de Febribus. Methodus curativa practica, Italorum Medicorum præcipuorum, opera ejusdem Schenckii. Hieronymi Capivaccii de Compositione Medicamentorum Institutio brevis pro Medico. Albertini Bottoni tractatus de modo discurrendi circa morbos, eosdemque curandi.

Epistola Medica, extat cum Cista Medica Ioannis Hornungi. Noribergæ, apud Simonem Halbmayerum, 1625, in 4.

Monstrorum historia memorabilis, monstrosa humanorum partuum miracula, stupendis conformationum formulis ab utero materno enata, vivis exemplis, observationibus, & picturis, referens. Accessit Analogicum argumentum de Monstris brutis. Francof. apud Matthiam Beckerum, 1609, in 4.

Pinax Auctorum in re medica, Græcorum, Latinorum priscorum, Arabum, Latino-barbarorum, Latinorum recentium, tum & peregrinis linguis cluentium, Extantium, Mss. promissorum, vel desideratorum: qui gynæcia, sive muliebria pleno argumento sive ex instituto scriptis excoluerunt & illustrarunt. Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1606, in 8.

Hortus Patavinus, cui accessere Melchioris Guilandini Synonymia Plantarum. Francof. 1608, in 8.

Sylva Medicamentorum Compositorum. Lipsiæ, 1617, in 8.

Ioannis Guintherii Gynæciorum Commentariolum edidit Argentorati, 1606, in 8.

IOANNES GEORGIUS VOLCAMERUS

De Sensu rerum & Magia libri quatuor. Pars mirabilis occultæ Philosophiæ, ubi demonstratur, Mundum esse Dei vivam statuam, beneque cognoscentem; omnesque illius partes, partiumque particulas sensu donatas esse, alias clariori, alias obscuriori, quantus sufficit ipsarum conservationi ac totius, in quo consentiunt; & fere omnium Naturæ arcanorum rationes aperiuntur. Tobias Adami recensuit, & nunc primum evulgavit.

gavit. Francof. apud Egenolphum Emmelium, 1620, in 4. Correcti & aucti Parif. apud Dionysium Bechet, 1637, in 4.

Prodromus Philosophiæ instaurandæ, id est, dissertationis de Natura rerum compendium, cum præfatione ad Philosophos Germaniæ. Francof. apud Ioannem Bringer, 1617, in 4.

Apologia pro Galilæo, ubi disquiritur utrum ratio Philosophandi, quam Galenus celebrat, faveat Scripturis sacris, an adversetur. Ibid. typis Kempffiis, 1622, in 4.

THOMAS à CASTELLO OCHOA

De Venenis. Granatæ, 1645, in 4.

THOMAS CORNACCHINVS, *Arretinus*

Tabulæ Medicæ. In quibus ea fere omnia, quæ à principibus Medicis Græcis, Arabibus, & Latinis de Curationis apparatu, Capitis, ac Thoracis Morbis, Febribus, Pulsibus, Vrinis scripta sparsim reperiuntur, methodo adeo absoluta collecta sunt, ut & illa, & loci, unde sunt hausta, sub unum cadant oculorum obtutum. Additæ sunt ejusdem in plerasque Tabulas Adnotationes. Opus hoc ediderunt Marcus & Horatius FF. Patavii, apud Petrum Paulum Tozzium, 1605, in fol. Venet. apud Societatem, 1607, in fol.

THOMAS CORRACHINVS

Opera. Patavii, 1605, in fol.

THOMAS ERASTVS, *Helvetius Aquensis. Floruit circa A.C. 1564. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Disputationum de Medicina nova Philippi Paracelsi Pars prima: in qua, quæ de Remediis superstitiosis & Magicis curationibus ille prodidit, præcipue examinantur. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1572, in 4.

Generalia hujus Partis primæ capita quædam.

Disputationum de nova Philippi Paracelsi Medicina Pars altera: In qua Philosophiæ Paracelsicæ Principia & Elementa explorantur. Continet præsens hæc disputatio, præter solidam fundamentorum doctrinæ Pa-

racelsi Confutationem, alia plurima ad veræ philosophiæ perceptionem utilissima. Basil. apud Petrum Pernam, 1572, in 4.

Generalia quædam Capita hujus secundæ Partis Disputationum adversus Paracelsum.

His adjecta sunt:

X. Tractatus de Ortu, speciebus, & materia Metallorum: in quo famosa de Metallorum transmutatione quæstio diligenter & fuse enodatur.

XI. Epistola de Lapidis sabulosi (qui in Palatinatu ad Rhenum reperitur) historia, ortu, natura, & causis.

Disputationum de nova Philippi Paracelsi Medicina Pars tertia. In qua dilucida & solida veræ Medicinæ assertio, & falsæ, vel Paracelsicæ Confutatio continetur. Cui accessit tractatio de Causa continente, eodem auctore. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1572, in 4.

Disputationum de nova Medicina Philippi Paracelsi Pars quarta & ultima. In qua Epilepsiæ, Elephantiasis seu Lepræ, Hydropis, Podagræ, & Colici doloris vera curandi ratio demonstratur, & Paracelsica solidissime confutatur. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1573, in 4.

De Astrologia divinatrice liber operâ Ioannis Grynæi editus. Basileæ, apud Pernam, 1580, in 4.

Repetitio Disputationis de Lamiis seu strigibus, in qua plane, solide & perspicue de artis earum potestate, itemque pœna disceptatur. Basileæ, 1577, in 8.

Explicatio quæstionis famosæ: utrum ex metallis ignobilibus aurum verum conflari possit. 1572, in 4.

Disputatio de Auro potabili, in qua accurate disquiritur, num ex metallis opera chemiæ, concinnata pharmaca tuto utiliterque bibi possint. His adjectum est ad calcem libri Iudicium ejusdem de indicatione Cometarum, ex veris fundamentis, & naturæ principiis erutum. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1578, 1594, in 8.

Comitis Montani Vicentini novi Medicorum Censoris, quinque librorum de Morbis nuper editorum Viva Anatome: in qua multa artis Medicæ capita accuratissime declarantur. Basil. apud Petrum Pernam, 1581, in 4.

De Causa Morborum Continente, tractatus. In quo integra, perfecta, & dilucida hujus quæstionis, & ad eam pertinentium rerum explanatio continetur. Basil. apud Petrum Pernam, 1572, in 4.

De Occultis pharmacorum poteſtatibus : quid, & quotuplices eæ ſint : quibus in morbis, quomodo, quando, quem in curationibus uſum habeant. Acceſſit huic tractatui Diſputatio alia ejuſdem fere argumenti, de Medicamentorum Purgantium facultate, tribus abſoluta quæſtionibus, in qua tota prope horum pharmacorum natura declaratur. Baſileæ, apud Petrum Pernam, 1574, in 4. Francof. apud Ionam Rhodium, 1611, in 8. lib. II & III Miſcellaneorum Henrici Smetii.

De Putredine liber. In quo ſunt, Diſputatio de Putredine ; qua natura, differentiæ, & cauſæ putredinis, ex Ariſt. & ipſa rerum evidentia declarantur. II, Theſes de Putredine, eodem Præſide. III, Diſputatio de Febribus putridis : in qua tria de Febribus paradoxa L. Iouberti excutiuntur. Baſil. apud Leonardum Oſtenium, 1580, in 4.

Ad Archangeli Mercenarii diſputationem de Putredine Reſponſio. Adjecta eſt ea, cui reſpondetur, Diſſertatio, bona fide. Baſil. apud Conr. Waldkirchium, 1583, in 4.

Diſputationum & Epiſtolarum Medicinalium volumen doctiſſimum. Nunc recens in lucem editum, opera & ſtudio Theophili Maderi Phil. ac Med. Doct. & Profeſſ. Tiguri, apud Ioan. Wolphium, 1595, in 4.

Diſputationum ſive Theſium ordo.

I. De Conſtitutione hyemis præteritæ anni MDLIX.
II. De Tumoribus præter naturam.
III. De Humoribus.
IV. De Saporibus.
V. An occultæ medicamentorum, in quo numero & cibos ponimus, poteſtates, methodo inveſtigari poſſint, vel per ſolam experientiam in ſubjectis rebus deprehendere & obſervare neceſſe habeamus.
VI. De Purgantibus medicamentis.
VII. De Dentibus.
VIII. De Renum calculis.
IX. De Febrium definitione.
X. De Revulſione.
XI. De Hydrope.
XII. De Natura, & cauſis Epilepſiæ.
XIII. De Contagio.
XIV. De Singultu.
XV. De Morbis totius ſubſtantiæ.
XVI. De Putredine.
XVII. De Melancholia.
XVIII. De Somno.
XIX. Vtrum Humores alii à ſanguine ſcilicet Pituita, Bilis flava & ſuccus Melancholicus, corporis integre ſani partes aliquas nutriant ?
XX. De Pinguedinis in animalibus generatione & concretione. Seorſim quoque Heidelbergæ, apud Iac. Mylium, 1580, in 4.
XXI. De Convulſione.
XXII. De Amuletis.
XXIII. De Stupore, medicamentorumque ſtupefacientium natura & viribus.

Examen de Simplicibus quæ ad compoſitionem Theriacæ Andromachi requiruntur. Vna cum Conradi Hoffmanni Analyſi ejuſdem compoſitionis, collatione facta cum Methodo Medendi, & Methodo componendi Medicamenta : qua oſtenditur ſummum artificium, quo Senior Andromachus in hac compoſitione omnium præſtantiſſima eſt uſus. Item Ioh. Baptiſtæ Silvatici Tractatus, de Compoſitione & Vſu Theriacæ Andromachi. Lugd. apud Commelinum, 1606, in 4. 1607, in 8.

Varia Opuſcula Medica, quæ cum ipſe ſtudioſis communicare ſtatuiſſet, morte præventus, in lucem edere non potuit. Collecta & edita à Iacobo Caſtelvitreo ſeniore. Francof. apud Ioannem Wechelum, 1590, in fol.

Index Titulorum totius Operis:

I. De Medicinæ laudibus Oratio.
II. Medicinæ methodus breviſſima.
III. Diſputatio de Saporibus, quatenus hi utiles ſunt ad perveſtigandas medicamentorum vires, in qua etiam aliæ quædam utiles ſcitu quæſtiones declarantur.
IV. Epiſtola de natura, & ortu Lapidis Sabuloſi, qui in Palatinatu ad Rhenum reperitur, ac de uſu ejuſdem.
V. De Vapore diſputatio ad D. Matth. Stojum Medicum.
VI. Epiſtola de quibuſdam quæſtionibus ad curationem peſtilentiæ pertinentibus, ad Conr. Geſnerum Med. Tigurinum.
VII. Anatome librorum quinque Comitis Montani.
VIII. In aliquot primi libri Aphoriſmos prælectiones.
IX. In primum & ſecundum Hippocratis prognoſticum, prælectiones.
X. Expoſitio primi Aphoriſmi ſect. v, lib. VI Epidem. Hippocratis, Morborum naturæ medicatrices.
XI. Varia ad morbos varios conſilia.

Conſilia & Epiſtolæ quædam Medicæ, extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. Hanoviæ, 1610, in fol.

THOMAS FIENVS, *Antverpienſis*

De Formatrice Fœtus liber. In quo oſtenditur animam rationalem infundi tertia die. Antverpiæ, apud Guliel. à Tongris, 1620, in 8.

De formatione fœtus liber ſecundus, in quo prioris doctrina plenius examinatur & defenditur. Lovanii, apud Henr. Haſtenium, 1624, in 8.

Pro ſua de Animatione fœtus tertio die Opinione Apologia adverſus Ant. Ponte Sanctacruz olim Primarium Profeſſorem Valliſoletanum, nunc vero Regis Hiſpaniarum Medicum Cubicularium & Protomedicum generalem. Lovanii, apud Viduam Henrici Haſtenii, 1629, in 8.

De Viribus Imaginationis Tractatus. Lovanii, apud Gerardum Rivium, 1608, in 8. Lugd. Bat. apud Elzevirios, 1635, in 12.

De Cauteriis libri quinque. In quibus vires, materia, modus, locus, numerus, tempus ponendorum cauteriorum, ex veterum Græcorum, Arabum, Latinorum, nec non Neotericorum ſententia quam dilucide explicantur. Lovanii, apud Ioan. Bapt. Zangrium, 1598, in 8. Coloniæ, apud Hieratum, 1607, in 8.

Libri Chirurgici XII. De præcipuis Artis Chirurgicæ controverſiis. Opera poſthuma Hermanni Conringii cura nunc primum edita. Francof. apud Thom. Matthiam Gœſium, 1649, in 4.

Continentur hoc volumine ſequentes libri XII.

I. De Trepano, ſive Apertione cranii.
II. De Depoſitione Catarrhactæ.
III. De Depoſitione Vngulæ.
IV. De Laryngotomia, ſive ſectione Aſperæ arteriæ.

V. De

v. De Paracenthesi Thoracis.
vi. De Paracenthesi Abdominis.
vii. De Arteriotomia, sive sectione arteriæ.
viii. De Hysterotomatocia, sive sectione Fœtus ex utero viventis matris.
ix. De sectione Calculi.
x. De sectione Herniæ.
xi. De Amputatione membrorum externorum.
xii. De Nasi amputati ex carne brachii restitutione.

THOMAS FORESTERIVS

Regimen pauperum contra pestilentiam, fluxum ventris dysentericum, & tenasmum. Rhotomagi, 1590, in 4.

THOMAS de GARBO, *Florentinus, filius* DINI de FLORENTIA, *Medicus acutissimus. Vixit sub Henrico* VII. *Imperatore, A. C.* 1311. *Secundum Trittemium, A. C.* 1340, *sub Ludovico Bavaro. VVolfg. Iustus in Chronol. Medic.*

Summa Medicinalis; cui accedunt tractatus duo: I, De restauratione humidi radicalis. II, De reductione medicinarum ad actum. Venetiis, 1521, in fol. Lugd. apud Iacobum Gjuntam, 1529, in fol.

Expositio super Capitulo de Generatione embryonis III Canonis Fen XXV Avicennæ. Venet. apud Octav. Scotum, 1502, in fol. Cum Dini patris sui & Iac. de Forlivio utriusque super eodem argumento Commentariis.

De Reductione medicamentorum ad actum, & de gradibus eorundem tractatus. Extat cum libellis de Dosibus. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1556, in 8. apud Paulum Mejettum, 1579, in 4. Lugduni, apud Ioan. Mareschallum, 1584, in 8.

Commentaria in Libros Galeni de Febrium differentiis, cum Textus Galeni, seu Commentariorum annotatione, secundum Nicol. Leoniceni & antiquam traductionem. Paris. in 4. Lugduni, apud Simonem Vincentium, 1514, in 4.

THOMAS GEMINVS, *Lysiensis*

Compendiosa totius Anatomiæ delineatio, ære exarata. Londini, apud Ioannem Herfordie, 1545, in fol.

THOMAS GJANNINIVS, *Ferrariensis*

De substantia Cœli, & Stellarum efficientia disputationes Aristotelicæ. In quibus non solum natura in Cœlis subjecta, Anima cœlestis, & Syderum vis consideratur; verum etiam Astrologorum divinatio accusatur; de motu Ignis in orbem, de Stellis recens in cœlo visis, de occultis mixtorum proprietatibus, de anno Climacterico, & de numeris Pythagoricis disseritur & disputatur; causæque inquiruntur dierum criticorum, æstus marini, infelicitatis partus octimestris, & stigmatum quibus in utero fœtus obsignatur: atque de Dei intelligentia, de contingentia, & de fato quid Aristoteles senserit, disquiritur, atque enucleatur. Venet. apud Robertum Mejettum, 1618, in 4.

THOMAS GROSSIVS, *Sipontinus*

Lectiones de Febribus, in quibus præter hanc exactissimam Febrium doctrinam: infinita Problemata, plures etiam Hippocratis, Galeni, Avicennæ, & aliorum Autorum Controversiæ explicantur, concilianturve. Accessit Quæstio de Vino exhibendo in Febribus à principio. Venet. apud Io. Guerilium, 1627, in 4.

Quæstio unica. An morbi, qui in Italia, & præsertim in Gallia Cisalpina, hoc anno evagantur, sub nomine Pestis, an vero inter Febres Pestilentiales connumerari debeant. Vbi de essentia, causis, signis, & differentiis Contagii; de præservatione & curatione Pestis, Febrisque pestilentialis brevi, & exacta methodo multa præscribuntur observanda à Principe, & à Privato in unaquaque Republica, antequam Pestis, seu Febris pestilentialis adveniat, tempore quo grassatur, & postquam abierit, ne denuo recrudescat. Venet. apud Marcum Anton. Brogiollum, 1631, in 4.

Lectiones de Morbis Capitis, & Thoracis. In quibus infinita Problemata, plures etiam Hippocratis, Galeni, Avicennæ, & aliorum Auctorum controversiæ explicantur, conciliaturve. Accessit Quæstio, an Vinum Nive refrigeratum propinari debeat. Ferrariæ, apud Franc. Succium, 1628, in 4.

De morbis ventris infimi. Venet. in 4.

De Natura, Differentiis, & Vsu sex Rerum non-naturalium, corpora nostra alterantium, quæ sunt Aër, Cibus, & Potus, Motus & Quies, Somnus, & Vigilia, Repletio & Exinanitio, & Animi affectiones. Venetiis, apud Ioh. Guerilium, 1617, in 4.

THOMAS IOHNSONVS

Mercurius Botanicus. Sive Plantarum gratia suscepti Itineris, anno MDCXXXIV, Descriptio. Cum earum nominibus Latinis & Anglicis. Huic accessit de Thermis Bathonicis tractatus. Londini, apud Thomam Cotes, 1634, in 8.

Mercurii Botanici pars altera, sive plantarum gratia suscepti itineris in Cambriam sive Walliam descriptio, exhibens reliquarum stirpium nostrarum, quæ in priori parte non enumerabantur, Catalogum. Londini, 1641, in 8.

THOMAS IORDANVS, *à Clausoburgo*

Pestis Phœnomena, seu de iis, quæ circa febrem pestilentem apparent, Exercitatio. Accedit Bezoar Lapidis descriptio, & ejusdem auctoris ad Laur. Iouberti Paradoxon VII, Decadis II, Responsio. Francof. apud Andr. Wechelum, 1576, in 8.

Responsio ad Laurentii Iouberti Medici Monspessulani Paradoxum VII, Decadis II. Extat tomo II Operum ejusdem Iouberti pag. 30. edit. Francof. apud hæredes Andr. Wecheli, 1599, in fol.

Brunno Gallicus, seu Luis novæ in Moravia exortæ descriptio. Francof. apud Andr. Wechelum, 1577, in 8. Ibid. 1583, in 8.

De Aquis Medicatis Moraviæ Commentariolus. Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1586, in 8.

Consilia Medica, extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

THOMAS LINACER, *Anglus. Medicinæ Professor utraque lingua Oxonii & Cantabrigiæ doctissimus, sub Ludovico* XII. *Gallorum Rege. Obiit A. C.* 1524. *Iustus in Chronol. Medic.*

Galeni lib. III. de Temperamentis interpretatus est, cum diligenti recognitione. Item, Ejusdem, De Pulsuum Vsu. Item. Libros III. de Naturalibus facultatibus. Item. De Sanitate tuenda libros VI. Item,

De

De Symptomatum Differentiis; Eorum causis. De inæquali Intemperie, Libros XIV. Methodi medendi.

THOMAS LYDIAT

Prælectio Astronomica de natura & conditionibus cœli, Elementorumque. Ejusdem de origine fontium frigidorum & calidorum. De ortu & causis plerorumque omnium subterraneorum atque etiam æstus & salsedinis maris nec non diluvii universalis. Londini, apud Ioannem Bill, 1605, in 8.

THOMAS MORESINVS, *Aberdonanus Scotus*

De Metallorum causis & transmutatione, contra Chymicos nostri temporis, liber. Francof. apud Ioa. Wechelum, 1593, in 8.

THOMAS MOVFETVS, *Londinas*

De jure & præstantia Chymicorum medicamentorum Dialogus apologeticus. Francof. apud Wechelum, 1584, in 8. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1623, in 8, pag. 70.

Nosomantica Hippocratica, seu Hippocratis Prognostica cuncta, ex omnibus ipsius scriptis methodice digesta, à mendis atque tautologia pene infinitis repurgata, & majore quam antea studio, & ordine digesta. Francofurti, apud Wecheli hæredes, 1588, in 8.

Insectorum, sive Minimorum Animalium Theatrum, olim ab Edoardo Wottono, Conrado Gesnero, Thomaque Pennio inchoatum: tandem Autoris opera sumptibusque maximis concinnatum, auctum, perfectum: & ad vivum expressis Iconibus supra quingentis illustratum. Londini, apud Thomam Cotes, 1634, in fol.

Epistolæ variæ Medicæ, extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francof. apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 529, & seqq. & Volumine primo Theatri Chemici, editi Argentorati, apud Lazarum Zetznerum, 1613, in 8, pag. 90.

THOMAS NORTON, *Anglus*

Crede mihi, seu Ordinale ante annos CXL scriptum, nunc ex Anglicano manuscripto in Latinum translato. Extat cum Tripode aureo à Michaële Majero edito Francof. apud Lucam Iennisium, 1618, in 4.

THOMAS PHILOLOGVS, *Ravennas*

De Vita hominis ultra centum viginti annos producenda, liber elegantissimus. Venet. apud Andr. Arrivabenum, 1560, in 4.

De Modo Collegiandi. Venet. apud Andr. Arrivabenum, 1565, 1574, in 4.

De Microcosmi affectuum, maris, fœminæ, hermaphroditi, gallique miseria. Venet. apud Petrum de Francisciis, 1575, in 8.

De vita Venetorum commoda consilium. Venet. 1558.

Malum Gallicum, Depilativam. Vnguitivam. Dentativam. Nodos. Vlcera. Vitia quæque, affectus, & rheumata, usque ad contortos sanans. Ligni Indici, aquæ, vini, sublimati, Cynæ, Spartæ parillæ, Hysan, Herechen. Caravalgii altar. Mechoacan. Antimonii. Vnctionis. Ceroti. Suffumigii. Præcipitati. Seminis Indi, ac additorum Mundi novi, & reliquorum Modos omnes, & facultates explicat. Venet. 1538, in 4. 1545, in 8. apud Petrum de Franciscis, 1575, in 8.

THOMAS RAWLIN

Admonitio Pseudochymicis, seu Alphabetarium Philosophicum, in quo D. Antonii Aurum potabile obiter refutatur, & genuina veri auri potabilis præparatio proponitur. Francof. apud Commelinum, 1611, in 8.

THOMAS REINESIVS, *Gothanus*

De vasis umbilicalibus, eorumque ruptura observatio singularis. Lipsiæ, apud Eliam Rehefeldium, 1624, in 4.

Chymiatria. Geræ Ruthenicæ, 1624, in 4.

Variarum lectionum libri tres priores. Altemburgi, 1640, in 4.

Defensio variarum lectionum. Rostochii, 1653, in 4.

THOMAS RICHTIVS

Philippi Gæringi Fontium acidorum Spadanorum, & Ferrati Tungrensis descriptionem Gallicam, Latine exposuit.

THOMAS RODERICVS à VEIGA, *Eborensis Medicus. Inclaruit scriptis jam senior, A. C. 1562. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit.*

Opera omnia in Galeni libros edita, & commentariis in partes novem distinctis, expressa, quibus nodi difficultatum in Medicina frequentes solvuntur, classicorumque medicorum controversiæ, veritatis lima expenduntur. Lugduni, apud Petrum Landry, 1594, in fol. Genevæ, apud Ioan. Lertout, 1586, in fol.

Librorum singulorum Galeni materia, toto hoc opere contenta:

In libros tres Artis Medicæ.
- I. De Finitionibus humanorum omnium affectuum.
- II. De Signis medicis.
- III. De Causis salubribus, insalubribus, neutris.

In libros sex de Locis affectis.
- I. Quomodo affectæ particulæ possint discerni.
- II. De generibus Dolorum.
- III. De Capitis affectibus.
- IV. De Faciei & Pectoris affectibus.
- V. De Cordis & Thoracis affectibus.
- VI. De postremis partibus affectis.

In libros duos de Febrium differentiis.
- I. De Febribus simplicibus omnibus.
- II. De solis humoralibus & putridis.

Seorsim extant:

Commentarii in libros Claudii Galeni duos, de Febrium differentiis. Conimbricæ, apud Ioannem Barrerium, 1578, in 4.

THOMAS SAGITTARIVS

Physicorum Aristotelico-Scaligereorum pars prior & posterior. Ienæ, 1624, in 8.

THOMAS SOMMENTIVS, *Cremonensis*

De morbis qui per finitimos populos adhuc grassantur, & num ad pestilentes referendi sint, post prima responsa Mantua allata brevis Disputatio. Cremonæ, apud Christoph. Draconium, 1576, in 4.

THOMAS TIGEON, *Andegavensis*

Antimæologicum, quo demonstratur obstetricibus non esse tantum fidendum de virginitate, aut defloratione mulieris adulteræ testimonium ferentibus. Lugd. apud Petrum Roussin, 1574, in 8.

THOMAS WARTHONVS, *Londinensis*

Adenographia, sive Glandularum totius corporis descriptio. Londini, apud I.G. 1656, in 8. Amstelædami, apud Ioan. Ravenstein, 1659, in 12.

THOMAS WILLIS, *Oxoniensis*

Diatribæ duæ Medico-Philosophicæ. I, De Fermentatione, seu de motu intestino particularum, in quovis corpore. II, De Febribus, sive, De motu earundem in Sanguine Animalium. Accessit Dissertatio Epistolica de urinis. Hagæ-Comitis, apud Adrian. Vlacq, 1659, in 8. Londini, 1660, in 12.

TIBERIVS

De Mulomedicina capita aliquot, extant inter Veterinariæ Medicinæ scriptores, qui editi sunt Græce quidem Basileæ, apud Ioan. Valderum, 1537, in 4. Latine autem ex interpretatione Ioannis Ruellii, Parisiis, apud Simonem Colinæum, 1530, in fol.

TIMANNVS GESSELIVS, *Vltrajectinus*

Calculorum ingens multitudo. Vesicæ superficies crusta lapidea obducta. Calculus perforatus. Calculi admiranda magnitudo, Epistola. Extat cum Ioan. Beverovicii lib. de Calculo, Lugd. Batav. apud Elzevirios, 1638, in 12.

TIMOTHEVS BRIGTHVS, *Cantabrigiensis*

Hygieine, seu de Sanitate tuenda Medicinæ pars prima. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1588, in 8. apud Palthenium, 1598, in 16.

Therapeutica, hoc est, de Sanitate restituenda Medicinæ pars altera. Francof. apud Ioan. Wechelum, 1589, in 8. apud Palthenium, 1598, in 16.

TIMOTHEVS WILLISIVS, *Londinas*

Propositiones tentationum sive propædeumata de Vitis & fœcunditate compositorum naturalium: Quæ sunt elementa Chymica. Animæ rationali sane sapienti, Genio lectoris dicta, dicata, Londini, apud Iohannem Legatt, 1615, in 12. Ibid. 1618, in 8.

TOBIAS ADAMI

Thomæ Campanellæ, de Sensu rerum recensuit, & evulgavit.

TOBIAS ALDINVS, *Cæsenas*

Exactissima descriptio Rariorum quarundam Plantarum, quæ continentur Romæ in Horto Farnesiano. Romæ, apud Iacobum Mascardi, 1625, in fol.

TOBIAS COBERVS

Observationum Castrensium & Vngaricarum Decas prima. Austriaca. Francof. apud Palthenios, 1606, in 8.

Observationum Castrensium & Vngaricarum, Decas secunda. Silesiaca. Ibidem eodem anno, & forma.

TOBIAS DORNCREILIVS

Dispensatorium novum, continens descriptiones & usum præcipuorum medicamentorum, ab eodem pro Senatus Lunæburgensis officina ordinatorum, & felici cum successu ægrotis propinatorum. Cui accessit propter materiæ cognationem ejusdem auctoris Tractatus de Purgatione. Vlyssea, 1600, in 4. Hamburgi, apud Frobenium, 1603, 1604, in 12. Lipsiæ, 1623, in 12. Ienæ, apud Christianum à Saher, 1645, in 12. Huic

 editioni

editioni accessit quoque Taxa medicamentorum omnium pene quotquot reperibilium atque in Officina venalium.

Ioa. Stockeri Empiricam edidit.

Medulla totius Praxeos Medicæ Aphoristica. Erfurti, 1656, in 4.

De Purgatione Tractatus. Hamburgi, 1604, in 12.

TOBIAS KNOBLOCHIVS, *Marcobrettanus*

Disputationes Anatomicæ, & Psychologicæ, recens editæ, & plurimis in locis locupletatæ, figuris etiam variis & novis illustratæ, additis humani corporis affectibus præcipuis. Onoltzbachii, apud Paulum Helwigium, 1608, in 4. 1612, in 8. Lipsiæ, 1612, in 8.

De Cerebri Vulnere, & de Scirrho uteri in prægnante, Epistola, extat cum Greg. Horstii Observat. medicinal. singular. lib. IV prioribus. Vlmæ, apud Saurium, 1628, in 4, pag. 495.

Hippocratis Coi Aphorismi Græco & Latino Sermone expressi, breviter & nervose secundum rationis & experientiæ ductum enodati. Norібergæ, apud Wolfgangum Enterum, 1641, in 8.

TOBIAS KOBERVS

De Lacte & Pultibus quibus infantes passim sustentantur. Gorlicii, 1593, in 8.

TOBIAS LVDOVICVS KOHLHAAN

Literæ de Spiritu animali ad Ioannem Danielem Horstium, 1658, in 8.

TOBIAS PIRIBACHIVS, *Viennensis*

Consultatio Medica de curando Melancholico. Extat Orationum Argentinensium tomo I, pag. 516, edit. Argentorat. apud Laz. Zetznerum, 1611, in 8.

TOBIAS ROELSIVS

De certis quibusdam Plantis Epistola. Extat cum Caroli Clusii Rariorum Plantarum Historia. Antverpiæ, apud Ioan. Moretum, 1601, in fol.

TOBIAS TANDLERVS

Dissertationes Physicæ-Medicæ: I, De Spectris, quæ vigilantibus obveniunt. II, De Fascino, & Incantatione. III, De Melancholia, & hujus amolitione. IV, De Melancholicorum vaticiniis, aliisque mirandis operibus. V, De Noctisurgio. Quibus accesserunt non minus desideratæ D. Hieronymi Nymanni de Imaginatione, Oratio: & D. Martini Biermanni de Magicis actionibus ἐξέτασις. Witebergæ, apud Zach. Schurerum, 1613, in 8.

TOBIAS WHITAKERVS

De Vvæ sanguine, natura & usu. Francofurti, apud Wolfgangum Hoffmannum, 1655, in 8. Hagæ Comitis eodem anno & forma.

TOLETANVS

Rosarium Philosophorum ex compilatione omnium Philosophicorum librorum. Extat Volumine tertio Theatri Chemici, & cum Tractatibus septem de Lapide Philosophico à Iusto à Balbiam editis Lugduni Batavor. apud Christoph. Raphelengium, 1599, in 8.

TRICASSVS CERASARIENSIS, *Mantuanus*

Enarratio principiorum Chiromantiæ. Ex qua facilime patere possunt

ſunt omnes ſignificationes quorumcunque Signorum Chiromanticorum. Ejuſdem Opus Chiromanticum abſolutiſſimum. Item Chiromantia incerti Autoris. Opera Balduini Ronſſei Gandavenſis in lucem edita, cum ejuſdem in Chiramanticen brevi Iſagoge. Noribergæ, apud Ioan. Montanum, & Vlricum Neuberum, 1560, in 4.

TROTVLA, *quæ &* EROTIS

Curandarum ægritudinum Muliebrium ante, in & poſt Partum liber unicus, nuſquam antea editus, quo fœminei ſexus accidentes morbi & paſſiones, infantum & puerorum à partu cura, nutricis delectus, ac reliqua iiſce adnata, diſpoſitiones utrique ſexui contingentes, experimenta denique variarum ægritudinum, cum quibuſdam medicamentis decorationi corporis inſervientia, edocentur. Extat cum Medicis Antiquis Latinis, Venetiis, apud Aldi Filios, 1547, in fol. pag. 71.

TVRA de CASTELLO, *Bononienſis*

Recepta Aquæ Balnei de Porrecta. Extat Operis Veneti de Balneis pag. 46. & Venetiis, apud Bernardinum Venetum de Vitalibus, 1519, in fol. cum Chirurgia Guidonis, Bruni, Rolandi, &c.

TVRRISANVS de TVRRISANIS, *alias* DRVSIANVS *Florentinus, Plus-quam-Commentator dictus propter ſubtilitates & argutias. Auditor & Diſcipulus Thaddæi, Claruit ſecundum Trittemium A. C.* 1300. *Gaſſarum vero, A. C.* 1343. *Obiit Bononiæ octogenarius. VVolfg. Iuſtus in Chronol. Medic.*

Pluſquam-Commentum in Parvam Galeni Artem. Venetiis, apud Octav. Scotum, 1504, in fol. apud Iuntas, 1543, 1557, in fol. cum duplici textus interpretatione, antiqua ſcilicet & Leoniceni, & ejuſdem libello de Hypoſtaſi, Opus utile, quod olim Iul. Martianus Rota pluribus auxit & emendavit: nunc vero additis quibuſdam ad eandem rem pertinentibus recognitum, atque aptius exornatum. Ea autem ſunt: Hali, qui eandem Galeni Artem primus expoſuit. Ioannitii ad eandem Introductio. Gentilis, qui primum ejuſdem Artis librum partim explicando, partim dubitando declaravit. Nicolai Leoniceni quæſtio de tribus doctrinis, in capita diviſa. Turiſani in Artem parvam Expoſitio Mss. extat in noſtra Bibliotheca.

TVSSANVS DVCRETVS, *Cabilunenſis*

De Arthritide vera aſſertio, ejuſque curandæ methodus, adverſus Paracelſiſtas. Lugduni, apud Barth. Vincentium, 1575, in 8.

Commentarii duo: unus, de Febrium cognoſcendarum & curandarum ratione: alter, de earundem Criſibus. Lauſannæ, apud Franc. le Preux, 1578, in 8.

V.

VALENTINVS de ANDOSILLA

De Peſte. Pamplonæ.

VALENTINVS ANDREAS MÖLLENBROCK

Medulla totius Praxeos Medicæ Aphoriſtica, ex monumentis excellentiſſimorum medicorum extracta. Erffurti, typis Armſtadio-Smidianis, 1656, in 4.

VALEN-

VALENTINUS CARCHESIUS

Epistola unica. Extat in cista Medica Ioannis Hornungi.

VALENTINUS EMERICUS, *Cervimontanus*

De Hernia Disputatio. Extat Decade IV Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

VALENTINUS ESPICH

De Errore externo Oratio & Quæstio, addita Disputatione de Melancholia cum gradus Doctoris assignaretur Iosepho Stubendorff. Witebergæ, apud Zachariam Lehmannum, 1591, in 4.

VALENTINUS IUNIOR

Observatio admiranda de ejectione membranarum sanguinolentarum per secessum, formam Viperæ referentium. Venetiis, 1621, in 8.

VALENTINUS LUBLINUS, *Polonus*

Ioan. Baptistæ Montani varia Opuscula collegit. Vid. Autorem.

VALENTINUS POLIDAMUS, *Claruit circa A. C. 1526. Iustus in Chronol. Medic.*

Libri aliquot de Re medica. Nempe, de Pulsibus, cum propriis, & dilucidis interpretationibus, lib. I. De Urinis, lib. II. De Capitis dolore, cum experimentis & adhortationibus ad ægrum. Medicinæ Encomium. Epistolarum libellus. Basileæ, apud Robertum Winter, 1540, in 8.

VALENTINUS RYLANDUS, *Suevo-Lavinganus*

De Cancro gravissimo Linguæ Observatio. Extat cum Guil. Fabr. Hildani Observ. Chirurg. Cent. III. Oppenheimii, apud Ioa. Theod. de Bry, 1614, in 8, pag. 349.

De Procreatione Hominis & Procreantis matris purgatione, Disputatio. Extat Decade I Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1618, in 4.

VALENTINUS VALENTINIUS

Apologia, suam Pilularum compositionem bonam esse. Anconæ, 1589, in 4.

VALERIANUS CENTANNIO, *Vicentinus*

Galeni, de Parvæ Pilæ exercitio interpretatus est.

VALERIUS BALDUTIUS, *Mondulfensis*

Tumorum omnium præternaturalium curandorum Methodus; nec non Febrium putridarum curandarum ratio, in quatuor distincta libros. Venetiis, apud Thom. Balionum, 1612, in 4.

De Putredine libri duo. Urbini, apud Ragusios, 1608, in 4.

VALERIUS CHARSTADIUS, *Stetinensis Pomeranus*

Disputationes Medicæ tredecim, in augustissima & perinclyta Argentoratensium Universitate, consensu amplissimæ facultatis Medicæ propositæ. Argentorati, apud Iosephum Rihelium, 1626, in 4. Ibidem, 1634, in 12.

Synopsis universæ Medicinæ dogmaticæ brevi & perspicua methodo in duodecim disputationibus adumbrata. Argentorati, apud Eberhardum Welperum, 1634, in 12.

VALERIUS CORDUS, *Simesusius, Filius Euricii Cordi. Doctissimus Iuvenis in re Medica, & Simplicium Medicamentorum & Herbarum hactenus ignoratarum*

ratarum unicus Reparator & Explorator, nostra memoria. Immatura morte extinctus est Romæ A. C. 1544, ætatis 29. d. 25 Septemb. Iustus in Chronol. Medic.

Annotationes in Pedacii Dioscoridis Anazarbæi de Medica materia libros quinque. Historiæ stirpium libri quatuor posthumi, nunc primum in lucem editi, adjectis etiam stirpium iconibus, & brevissimis Annotatiunculis. Sylva, qua rerum fossilium in Germania plurimarum, Metallorum, Lapidum, & stirpium aliquot rariorum notitiam brevissime persequitur, nunquam hactenus visa. De Artificiosis extractionibus liber. Compositiones medicinales aliquot non vulgares. His accedunt, Stochornii & Nessi in Bernatium Helvetiorum ditione montium, & nascentium in eis stirpium descriptio Benedicti Aretii. Item, Conradi Gesneri de Hortis Germaniæ liber recens, una cum descriptione Tulipæ Turcarum, Chamæcerasi montani, Chamæmespili, Chamænerii, Conizoidis. Omnia studio Conradi Gesneri collecta, & præfationibus illustrata. Tiguri, apud Andr. Gesnerum, 1561, in fol.

Dispensatorium Pharmacorum omnium, quæ in usu potissimum sunt. Ex optimis Auctoribus, tam recentibus, quam veteribus, collectum, ac Scholiis utilibus illustratum, in quibus imprimis simplicia diligenter explicantur. Norimbergæ, apud Ioa. Petrejum, 1535, in 8. Parisiis, apud Iac. Gazellum, 1548, in 12. Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1568, in 16. Cum Petri Coudenbergii Scholiis & correctionibus. Norimbergæ, apud Lochnerum, 1592, in fol. apud Paulum Kaufmannum, 1598, 1612, in fol. Opera & studio Collegii Medici inclytæ Reipubl. Noribergensis, emendatius, ac selectis compositionibus auctius publicatum. Lugduni Batav. apud Ioan. Maire, 1627, in 12. cum Petri Coudenbergii & Matthioli & Lobelii Scholiis, emendationibus, & auctariis. Accessit hac editione, præter Guiliel. Rondeletii de Theriaca tractatum emendatiorem; & formulas selectiorum pharmacorum, quorum post Val. Cordum usus passim receptus est, auctiores; alius Francisci Dissaldei ejusdem argumenti libellus.

De Halosantho, seu Spermate ceti vulgo dicto, liber. Extat cum Opere de Omnium fossilium genere, à Conr. Gesnero edito Tiguri, apud Iacobum Gesnerum, 1565, in 8.

Epistola ad Andr. Aurifabrum de Trochiscorum Viperinorum adulteratione. Extat eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francofurti, apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol. pag. 534.

Stirpium descriptionis liber quintus, quas in Italia sibi visas describit, in præcedentibus vel omnino intactas vel parcius descriptas, à morte præventus perficere non potuit. Argentorati, 1563, in fol.

VALERIVS MARTINIVS, *Venetus*.

Totius Medicinæ practicæ exactissima collectio. In qua tria insunt promptuaria, nempe Promptuarium cujuslibet eductionis sanguinis recte agendæ. Promptuarium singulæ vacuationis cacochymicæ recte administrandæ. Promptuarium cujusque cruditatis recte dignoscendæ, recteque curandæ. Ad quæ accedit Certitudinis Medicinæ curiosa & accurata constitutio. Venetiis, apud Ioan. Bapt. Combum, 1628, in fol.

Praxeos Medicæ Laconismi, quibus Enchiridion & Opuscula insunt. Ibid. 1636, in 4.

Enchi-

Enchiridion in quo de universa Febrium, earumque Symptomatum natura, cognitione, exactaque curatione agitur. Quod in duas dividitur partes, cum multarum difficilium quæstionum enodatione pluriumque curationum affectuum valde exitialium, ægrotantium salute, adhibitarum, exhibitione. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1636, in 4.

Opuscula, in quibus de Vesicantium, Sinapismorum, Cucurbitularum siccarum, Ligaturæ dolorificæ, Frictionum, Lotionumque crurum ac pedum recta administratione. Ac de Asthmate, & Orthopnœa, Pleuritidi legitimæ lethali supervenienti, admista, recte curanda. Atque de Definitionis Veneni Pestilentis, jam statutæ, faciliori dilucidatione accurate agitur. Venetiis, apud M. Ant. Brogiollum, 1636, in 4.

Subtilitatum veriloquia, in quibus proprietatum totius substantiæ, quæ occultæ specificæque sunt, patefactio promulgatur. Itidem de Colore, luce, lumine, perspicuo, transpicuo, opaco, ac de aliis visioni inservientibus accurate agitur. Ad quæ Epistola de monstri generatione accedit. Venetiis, apud Ducalem Pinellianum, 1638, in fol.

Magia Physica fœcunda cœlesti divinoque cultu perfusa, trium novissimarum totius substantiæ sapientiarum, simulque claves reconditissimæ adytorum naturæ omnium proprietatum divinarumque formarum hucusque occultarum. Opus cunctis studiosis curiosissimum, utilissimumque, in quatuor libros distinctum. In quibus de tota substantia, ac de tribus ejus novissimis sapientiis accuratissime agitur. Venetiis, apud Marcum Anton. Brogiollum, 1639, in 4.

Ejusdem, Magiæ Physicæ fœcundæ pars II & III. Venetiis, 1641. in 4.

De Veneno pestilenti, ac de pestilentia accurata, curiosa & utilissima tractatio unico libro absoluta & illustrata. Præterea affectionum valde malignarum venturamque pestem præcedentium ac prædicentium natura undique perpenditur. Venetiis, apud Iacobum Sarcinam, 1633, in 4.

VALERIUS de VALERIIS, *Venetus*

Aureum opus. in quo omnia ea breviter explicantur, quæ scientiarum omnium parens Raymundus Lullius, tam in scientiarum Arbore, quam Arte generali tradit. Augustæ Vindelic. apud Mich. Manger, 1589, in 4.

VALESCUS de TARANTA, *Monspeliensis, Protomedicus Regis Franciæ Caroli* VI, *sub quo claruit, & Sigismundo Cæsare atque Martino* V *Papa. A. C.* 1417. *VVolfg. Iustus in Chronol. Medic. Moreau de V. S. in Pleurit. Vixit circa A. C.* 1380.

Philonium Pharmaceuticum & Cheirurgicum de medendis omnibus, cum internis, tum externis humani corporis affectibus, ante CXXC annos concinnatum: nunc vero post Guidonis Desiderii editionem, locis infinitis emendatum, varie auctum, notisque illustratum, opera & studio Ioannis Hartmanni Beyeri. Venetiis, apud Hæredes Octaviani Scoti, 1521, & 1523, in fol. Francof. apud Nicol. Bassæum, 1599, in 4. Lugduni, 1500, in 4. apud Alemannum Trechsel, 1490, in fol. & apud Iac. Myt, 1526, in 8.

Medi-

Medicinalium obſervationum exempla rara cum Annotationibus Dodonæi. Extant cum ejuſdem Dodonæi obſervationibus. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1581, in 8, pag. 289. Hardervici, 1621, in 8.

VARRO

De Re ruſtica fragmenta aliquot, extant in Γεωπονικῶν: ſeu de Re ruſtica ſelectorum lib. xx Græcis, Conſtantino quidem Cæſari nuncupatis. Ioan. Alex. Braſſicani opera in lucem editis; Baſileæ, apud Rob. Winter, 1539, in 8. Latinis autem, Iano Cornario interprete, Baſileæ, apud Frobenium, 1538, in 8.

VDALRICVS BINDER, *Germanus*

Epiphaniæ Medicorum. Speculum videndi urinas hominum. Clavis aperiendi portas pulſuum. Berillus diſcernendi cauſas & differentias febrium. Excuſæ, 1506, in 4.

Regimen Sanitatis, ſive Compendium tuendæ valetudinis, lib. duobus. Speculi phlebotomiæ, liber unus. De Simplicibus medicamentis lib. unus. Conjunctim 1510, in parvo fol.

VDALRICVS LEONORVS

Epiſtola ad Petrum Andr. Matthiolum, qua quæritur an Syrupi alvum dejicientes recte ſecureque dari poſſint pluribus continuis diebus, in diuturnis præſertim morbis. Extat lib. III Epiſtol. Matth. pag. 366.

VEGETIVS RENATVS

Artis Veterinariæ, ſive Mulomedicinæ libri quatuor. Baſileæ, apud Ioan. Febrium, 1528, in 4: 1574, in 4. reſtituti Ioannis Sambuci opera.

VENCESLAVS LAVINIVS, *Moravus*

Tractatus de Cœlo terreſtri. Extat cum Cheiragogia Heliana Nicolai Nigri Hapelii. Marpurgi Cattor. apud Rudolphum Hutwelckerum, 1612, in 8.

VENDELINVS HOEK de BRACKENAV

Mentagra.

Ejuſdem de Curandis Vlceribus tractatus. Argentorati, 1514, in 4.

VESPASIANVS ROBINVS

Enchiridion Iſagogicum ad facilem notitiam ſtirpium tam indigenarum, quam Exoticarum. Pariſiis, apud Petrum de Breſche, 1623, in 8.

VGO

Super Quarta primi Avicennæ, cum Tabula, cum Annotationibus, Iac. de Partibus. Venetiis, 1516, in fol.

VICTORINVS SCHOENFELDT

Conſilia Medica extant eo in opere quod Laurentius Scholzius edidit Francofurti, apud Andr. Wecheli hæredes, 1598, in fol.

De Dyſenteriæ curatione liber. Francof. apud hæredes Egenolphi, 1584, in 8.

VICTOR de BONAGENTIBVS

Problemata decem de Peſte. Venet. apud Vinc. Valgriſium, 1556, in 8.

VICTOR CARDELINVS, *Baſſanenſis*

De Origine Fœtus libri duo. In quibus præter cætera luculentis Græcorum Auctoritatibus calidum à calore dirimitur. Ac expenditur, quod utrumque apud eoſdem ſignificet cum adjectione innati, vitalis, na-

turalis,

turalis, genitalis, & animalis. Quidve sit archigonum. Vincentiæ, apud hæredes Dominici Amadei, 1628, in 4.

VICTOR GISELINVS

Epistola de Hydrargyri usu ad Martinum Everartum, extat cum Ioan. Fernelii de lue venerea libro à se primum edito, Antverpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1579, in 8.

VICTOR MANGGVS, *Schrattenthalensis*

De Lue Venerea Disputatio. Extat Decade IV Disputat. quas collegit & edidit Basileæ, Ioa. Iac. Genathius, 1620, in 4.

VICTOR PALLV, *Turonensis*

Stadium Medicum ad Lauream Scholæ Parisiensis emensum. Paris. apud Ioh. Camusat, 1630, in 8.

Quæstiones tres. I, An Epicraseos lex excludat omnem omnino phlebotomiam, & Catharsin? II, An dentium dolori quid conferat Tabacum? III, An Risus vitam producat? Additus est Panegyricus funebris Caroli Parisiensis. Turonibus, 1642, in 8.

VICTOR TRINCAVELLIVS, *Venetus Senator & Medicus. Successor Montani. Floruit A. C. 1551. Renatus Moreau de V. S. in Pleurit. Secundum Iustum in Chronolog. Medic. Floruit Medicus, apud Venetos, in magna gratia A. C. 1522.*

Omnia Opera, partim ex diversis editionibus in unum collecta, partim nunc primum in lucem emissa, ac in duos tomos digesta, summa cum diligentia nunc correcta, & impressa. Lugduni, apud Iuntas, 1586, 1592, in fol. Venetiis, 1599, in fol.

Tomo primo hæc continentur:

Explanationes in Galeni libros de Differentiis febrium, item

In priorem librum de Arte curandi ad Glauconem.

Tractatus pulcherrimus de Febre pestilenti.

Prælectiones ejusdem de Ratione curandi omnes humani corporis affectus, in duodecim libros distinctæ. His præmissa sunt

Laurentii Marucini Medici de optimi Medici Victoris Trincavellii Vita ad Opt. Med. Ioannem Antonium Siccum.

Belisarii Gadaldini Med. Veneti ad Studiosos Medicinæ Præfatio.

Tomo secundo:

De usu & compositione medicamentorum, libri IV.

Exercitationes familiares in secundum librum Prognosticorum Hippocratis & Galeni nunc primum in lucem editæ.

Consiliorum Medicinalium libri III.

Epistolarum Medicinalium libri III.

Quæstio de vena secanda in Pleuritide, & aliis viscerum internorum inflammationibus.

Quæstio de Reactione juxta doctrinam Arist. & Averrois.

His præmissa est Oratio Dominici Castelli habita in funere Victoris Trincavellii Medici præstantissimi, x Calend. Septembris.

Seorsim extant:

Controversiarum medicinalium practicarum libri quinque. Quibus quæstiones maxime controversæ & abstrusæ, doctrinam imprimis de sanguinis missione innoxia, concernentes, dexterrime explicantur, & enodantur.

dantur. Opus posthumum, raræ & reconditæ eruditionis ac utilitatis. Francof. apud Nicol. Rothium, 1617, in 4.

Consilia medica per locos communes digesta. Epistolæ item Philosophicis & Medicis quæstionibus insignitæ expolitæque. Accessere tractatus tres; De Reactione, de Venæsectione in Pleuriticis, &c. De Febre pestilentiali plane novus. Basileæ, apud Conrad. Waldkirchium, 1587, in fol.

Consilia tria Muliebria, extant in Gynæciorum libris, ab Isr. Spachio editis, pag. 330.

An in morbi initio ante concoctionem purgare tunc solum liceat, cum materia turget, Epistola. Patavii, apud Petr. Anton. Alciatum, 1567, in 8.

De cognoscendis curandisque morbis tam externis, quam internis, opus elaboratissimum. Basileæ, apud Ludov. König, 1607, 1629, in 8.

De Vena in Pleuritide, cæterisque internorum inflammationibus secanda rudimentum. Patavii, apud Grat. Perchacinum, 1463, in 8.

Quæstio de Reactione juxta doctrinam Aristotelis & Averrhois. Patavii, apud Gratiosum Perchacinum, 1556, in 8.

De compositione & usu medicamentorum Libri IV. Venetiis, apud Borgominerios fratres, 1571, in 4. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1571, in 8.

In Galeni libros de differentiis febrium; atque in priorem de arte curandi ad Gelauconem explanationes: una cum tractatu de febre pestilentiali. Belisari Gadaldini diligentia nunc primum in lucem editæ. Venetiis, 1575, in fol.

Galeni, de Constitutione Artis medicæ ad Patrophilum interpretatus est. Item De Elementis. Item Ejusdem Commentaria, in Lib. Hippocratis de Natura Humana. Item Lib. De Plenitudine. Item Contra eos, qui de Typis scripserunt. Lib. De Natura humana.

VIDVS ANTONIVS SCARMILIONIVS, *Fulginas*

De Coloribus libri duo. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1601, in 8.

VIDVS VIDIVS *Florentinus, Floruit circa A.C.* 1570. *Renatus Moreau de V. S. in Pleurit. Secundum Iustum in Chronol. Medic. Claruit Professor Medicinæ in Academia Parisiensi doctissimus, sub Francisco Gallorum Rege, A. C.* 1530.

Ars Medicinalis, in qua cuncta quæ ad humani corporis Valetudinem præsentem tuendam, & absentem revocandam pertinent, Methodo exactissima explicantur. Quæ per Vidum Vidium juniorem diligentissime recognita, ac multis quæ ad eam perficiendam desiderabantur partibus aucta, diuque expetita, nunc primum tota simul in lucem prodit. Venetiis, apud Iuntas, 1611, in fol. III tomis. Francof. apud Aubrios, 1626, 1645, in fol.

Tomus Primus. In quo continentur

Institutionum Medicinæ, Lib. III.
De tuenda Valetudine generatim, Lib. VI.
De tuenda Valetudine membratim, Lib. XIV.

Tomus Secundus. In quo continentur

De Curatione generatim Partis primæ, Lib. XVII.
De Curatione generatim Partis secundæ, Lib. XVII.
De Curatione membratim Vidi Vidii junioris lib. XI. In quibus Methodo exactissima traditur cognitio, ac curatio omnium Affectuum præter naturam ad quascunque humani corporis partes pertinentium.

Tomus Tertius. In quo continentur

De ratione Victus, Lib. VIII.
De Medicamentis, Lib. VIII.
De Chirurgia, Lib. IV.
De Anatome, Lib. VII. Tabulis LXXVIII, in æs incisis illustrati & exornati.

Seorsim extant:

De Febribus lib. septem. Quibus accedunt Institutionum medicinalium lib. tres. Florentiæ, apud Sermatellium, 1585, in 4. Patavii, apud Mejettum, 1591, 1595, in 4. Cum Ludovici Mercati de Febre puncticulari libro, & Matthæi Curtii compendio de Febribus.

De Curatione generatim pars prima, in qua rerum præter naturam ad humanum corpus pertinentium cognitio ac curatio in universum methodo exactissima traditur. Florentiæ, apud Sermatellium, 1587, in 4.

De Curatione generatim Partis secundæ sect. duæ. In quibus methodo exactissima traditur cognitio ac curatio omnium affectuum præter naturam, ad quascunque humani corporis partes pertinentium. Florentiæ, apnd Sermartellium, 1594, in fol. Vtraque pars conjunctim Francof. apud Wechelos, 1596, in fol.

De Curatione generatim partis secundæ, sectio secunda, diligentissime à Vido Vidio juniore recognita, seorsim excusa Venetiis 1586, in 4.

Chirurgia, è Græco in Latinum à se conversa, cum commentariis propriis & Galeni. Lutetiæ, apud P. Galterium, 1544, in fol.

Hujus hæc sunt argumenta.

Hippocratis libri de Vlceribus, de Vulneribus capitis, cum Vidi Vidii in singulos Commentariis.
Hippocr. de Fracturis, cum tribus Galeni commentariis.
De Articulis, cum ejusdem quatuor commentariis.
De Officina Medici, cum ejusdem tribus commentariis.
Galeni de Fasciis liber.
Orbasii de Laqueis & machinamentis libellus. Quæ Vidus omnia transtulit.

De Anatomia Corporis Humani Libri VII. Venetiis, 1611, in fol.

De Curatione membratim Vidi Vidii junioris, Lib. XI. Venetiis, 1611, in fol. Florentiæ, eadem forma. Francofurti apud Wechel. 1596, in fol.

VINCENTIVS ALSARIVS à CRVCE, *Genuensis*

De Morbis Capitis frequentioribus, quorum cognitio, & curatio ita traduntur, ut ad alios etiam cognoscendos, & curandos mirifice conducant: hoc est, de Catharro, Phrenitide, Lethargo, & Epilepsia, seu Comitiali morbo lib. septem. Romæ, apud Guiliel. Facciottum, 1617, in 4. Venetiis, 1619, in 4.

Epho-

Ephemeridum, id est Diuturnarum observationum libri duo priores & posteriores. Bononiæ, 1641, in 4.

De Verme admirando per nares egresso Commentariolum ad Fulvium Angelinum, cum hujusdem de eodem brevi discursu, Rovennæ, apud hæredes Petri Ioannelli, 1610, in 4.

De Epilepsia, seu Comitiali morbo Lectionum Bononiensium libri tres; in quibus præter magni illius morbi Theoriam, hoc est Definitionem, ejusque probationem, differentias, causas, & signa, veterum quoque loca explanata, Neotericorum errores detecti, multaque demum juxta Medicorum, Philosophorumque mentem haud injucunde disputata reperiuntur. Venetiis, apud Danielem Zanettum, 1603, in 4.

De Quæsitis per Epistolam in Arte Medica Centuriæ quatuor. Vbi varii Casus, Observationes, Consilia, Responsa, Disputationes, atque Curationes, non sine promiscua Doctrina describuntur. Venetiis, apud Iuntas, 1622, in fol.

Vesuvius Ardens, sive Exercitatio Medico-Physica ad Ρυγμὸν, id est, Motum & Incendium Vesuvii Montis in Campania, XVI Mensis Decembris, Anni MDCXXXI, Libris II comprehensa. Romæ, apud Guil. Facciottum, 1632, in 4.

Disquisitio generalis de Fœtu Nonimestri, parvæ adeo molis, ut vix Quadrimestris appareret, in Adolescentula Primi para. Romæ, 1627, in 4.

Consultatio Medica pro Adolescente Oblivione & Surditate laborante. Romæ, 1629, in 4.

Consilium Prophylacticum à Lue Pestifera. Romæ, 1631.

De Hæmoptysi seu Sanguinis Sputo Liber. Romæ, 1633, in 4.

VINCENTIVS BARONIVS, *Meldulensis*

De Læsione operationis mejendi. Papiæ, 1604. in 4.

De Pleuripneumonia anno Domini MDCXXXIII, & aliis temporibus Flaminiam aliasque regiones populariter infestante, ac à nemine hactenus observata, libri duo. Forolivii, apud Ioan. Cimattium, 1636, 1638, in 4.

VINCENTIVS BVRGVNDVS, *Bellovacensis*

Speculum quadruplex, Naturale, Doctrinale, Morale, Historiale. In quo totius Naturæ Historia, omnium scientiarum Encyclopædia, moralis Philosophiæ Thesaurus, temporum & actionum humanarum Theatrum amplissimum exhibetur; ita ex optimorum auctorum elegantissimis sententiis inter se concatenatis contextum opus, ut nihil videri laboriosius, nihil ad sapientiam utilius, nihil denique ad honestam animi voluptatem inveniri possit jucundius. Omnia nunc accurate recognita, distincte ordinata, suis unicuique autori redditis exacte sententiis; summariis præterea & observationibus, quibus antea carebat, illustrata. Opera & studio *Theologorum Benedictinorum Collegii Vedastini in alma Academia Duacensi.* Duaci, apud Balthaz. Bellerum, 1624, in fol. 4 voll.

In his quæ ad Medicinam spectant, sunt Speculi Naturalis, seu Tomi primi

